BMC MS 39

Ambrosii

Cod. III. Latine

Johannis Rubbi Bibliotheca

Di scuffi 150.

7—5

~~Del presente codice, mi fu ignoto il suo vero custode per~~

Hieron. Bon.

Del presente codice, mi fu ignoto il suo vero custode per più di due anni.

Leggendo in appresso il principio della materia ov' avvi-
di che era un'opera dedicata a Graziano Imperatore
fui la pelle =

Ricorsi al libro Matthei Aimerichii Specimen Ve-
teris Romanæ Literaturæ desperditæ, vel adhuc
Latentis &c. edito Romæ 1764 apud Rinaldi 4°
a pag 21 sub. vocabulo Ambrosius invenio ———
Gratianus, Symmachus &c. e tosto cercai nell'opera
del Bandini bib. medicea Laurenziana. Tomo
1° pag 96: N°XIV le seguenti parole = Ambrosii ad Gratianum
libri principio. Primus incipit = Regnum Auxi. Veni. I

Audire =

Curtius Rufus = Lib ex variis auctoribus metitur.

La presente materia trovasi edita fra le opere di
Q. Curtio detta dei Maurini / pero con molte
varianti dal suo) Tomo 2° / pag 444 =
Parigi 1690 Foglio massimo. ——

Apr. 1997 GFN Jamestown Rhode Island
Horace Tanis Jackson

EGINA AVSTRI
VENIT AVDIRE Sa-
PIENTIAM SALOMO-
NIS: VT IN LIBRO
REGNORVM LEGI-
MVS: HYRAM &
QVOQVE REX AD

Salomonem misit: ut cognosceret eum. Tu quaq; Sancte Imperator Gratiane ueteris imitator historiæ: fidem meam audire noluisti. Sed nõ ego Salomon cuius mireris sapientiam! neque tu unius gentis sed totius orbis augustus. fidem libello censuisti: non ut disceres: sed probares. Quid .H. discas Imperator Auguste quam ab ipsis incunabulis pio fouisti semper affectu. Et ideo diuina dona custodi. Quod .H. nemo te docuit + utique deus auctor infudit. Peris à me fidei +

libellum sancte Imperator profecturus ad prælium.
Nosti. n. fide magis imperatoris quam uirtute militum quæri solere victoriam. Nam & habraham tricentos decem & octo duxit ad bellum: & ex innvmeris trophaea hostibus reportauit: signoque dominicæ crucis & nominis quinque regum victriciumque turmarum subacto robore: & ultus est proximum: & filium meruit & triumphum. Ergo & tu uincere paras: qui christum adoras: qui fidem + uindicas: cuius à me libellum petisti. Mallem qđē cohortandi ad fidēm subire officium: quam de fide disceptandi. Sed quoniam neque tu cohortatione ī. diges: neque ego excusandi liber: ubi pietatis officium est: audax negotium uerecunda occasione susapiam: ut de fide pauca disceptem: de testimoniis plurā contexam. De concaliis id potissimum sequor: quod trecenti decem & octo sacerdotes tanq̄ habrahæ Iecti iudicio consona fidei uirtute victores: uelut trophæum toto orbe subactis perfidis extulerunt. Vt mihi uideatur hoc esse diuinum: qđ eodem numero in concaliis fidei habemus oraculū: quod in historia pietatis exempl—vm.

SSERTIO AVTEM NOSTRAE FIDEI
est ut unum deum esse dicamus: neque
ut gentes filium separemus: neque ut iudei natū
ex patre ante tempora & ex uirgine postea œdi-
tum denegemus. Neque ut Sabellius: patrem cō-
fundamus & uerbum: ut eundem patrem mſeraz
& filium. Neque ut Fotinus: initium filii ex uir-
gine deputemus: Neque ut Arrius: plures creden-
do. & dissimiles potestates: plures deos gentili erro-
ss re faciamus: quia scriptum ē. Audi israhel: Do-
minus deus tuus unus est. Deus. n. & dominus
nomen magnificentiæ: nomen ē potestatis. sicut
ipse dicit. Dominus nomen est mihi. Dominus
ergo & deus: uel quod dominetur omnibus: uel
quod spectet omnia: & timeatr̃ à cunctis. Si ergo +
unus deus: unum nomen: una potestas: una ē
trinitas: Denique ipse dicit. Ite baptizate gentes
in nomine patris & filii & spiritus sancti. In nomīe
utique non in nominibus. Ipse etiam dicit. Ego
& pater unum sumus: unum dixit. ne fiat discre-
tio potestatis: Sumus addidit. ut patrem filiumq;
cognoscas. Quod perfectus pater perfectum filium
genuisse credat̃: & pr̄ ac filo unū sint non cōfusiōe

ſed unitate naturæ.

Num ergo deum. non duos aut tres deos dicimuſ: ut impia Arrianorum hæreſis dum crīminatur incurrit. Tres enim deos dicit: qui diuinitatem ſeparat trinitatis. Cum dominus dicendo. Ite baptizate gentes. In nomine patris & filii & ſpūs ſancti: Vnius esse trinitatem poteſtatis oſtenderit: Nos patrem & filium & ſpiritum ſanctum confitemūr ita ut in trinitate perfecta & plenitudo ſit diuinitatis: & unitas poteſtatis. Fideli ſpiritu & mente deuota Ihesum dominum inuocamuſ. Deum esse credamuſ: ut in nomine eius quicquid à patre petimus impetremus. Pater enim ſemper filium + uult rogari filius uult rogari patrem. Concordāt pietatis gratia nec uirtutis facta diſcordant. Quęcunque. u. pater fecerit eadem & filiuſ facit ſitr. Sed uult rogari patrem in eo quod ipse facturū eſt: ut non impoſſibilitatis indicium ſed unitatem pietatis agnoſcas. Iure igitur adorandus atque uenerandus eſt dei filiuſ: qui mundum diuinitate ſua condidit: & noſtrum pietate ſua informauit affectum. & ideo bonum deum ſempiternum +

perfectum omnipotentem uerum debemus credẽ:
ut in lege accepimus & prophetis scripturisque
diuinis cæteris. Quia sine his deus non est. Nõ
potest enim bonus non esse qui deus ẽ: cum ī
natura dei plenitudo bonitatis sit. Neque ex tẽ-
pore deus potest esse qui fecit tempora. Neque
enim potest imperfectus deus esse qui constat à
perfecto deo. Qui enim minor est imperfectus u-
tique est: cui deest aliquid quo maiori possit +
æquari. Hæc est igitur fidei prædicatio. Deus
malus non est. Deo impossibile nihil est. Deus
temporalis non est. Deus minor non est. Si fal-
lo redarguant. Quia igitur deus christus & bon
utique & omnipotens & sempiternus & perfectus
ẽ & uerus. hæc. u. in natura diuinitatis sunt:
Aut igitur negent naturam diuinitatis in chri-
sto: aut quæ diuinæ naturæ sunt deo. negare +
non possunt. Certe ne quis possit errare sequãt
ea: quibus scriptura sancta ut intelligere possi-
mus filiũ significauit. Verbum dicitur. Dei +
uirtus dicitur. Dei filius dicitur. Dei sapientia
dicitur Verbum: quia immaculatus. virtus: +
quia perfectus: filius. quia genitus ex patre.

Sapientia qua unus cum patre. unus æternitate unus diuinitate. Non enim pater ipse qui filius ē. Sed inter patrem & filium generatiōis expressa distinctio ē. ut ex deo deus. ex manēte manens. plenus ex pleno sit. Non sunt igit̄ hæc nuda nomina: sed operatricis uirtutis indicia. Est enim plenitudo diuinitatis in patre. est plenitudo diuinitatis in filio. sed non discrepans: sed una diuinitas nec confusum quod unum: nec multiplex quod indifferens. Et. u. si omnium credentium sicut scriptum ē erat + anima una & cor unum. si omnis qui adhēret domino unus spiritus ē: ut Apostolus dix̄. Si uir & uxor in carne unà sunt. Si omnes homines quantum ad naturam pertinet uni substantiæ sumus: Si hoc de humanis scriptura dicit qua multi unum sunt: quorum + nulla potest esse cum diuinis comparatio: quāto magis pater & filius diuinitate unum sūt: ubi nec substantiæ nec uoluntatis ulla est differentia. Nanque aliter quomodo unum deum dicimus? Diuersitas plures facit. Vnitas potestatis excludit numeri quantitatem.

Quia unitas numerus non est. sed hæc oī-
um ipsa principium est. Quantum uero ✝
scriptura diuina patris & filii & secundum
diuinitatem expresserit unitatem: prophetica
testantur oracula. Sic. ꝯ. dicit dominus saba-
oth: post te sequentur alligati uinculis: & ado-
rabunt te: & inte deprecabuntur: quoniam ī
te est deus: & non est deus præter te. Tu. ꝯ.
es deus: & nescuebamus deus israhel. audis p-
phetican uocem? In te inquit est deus: & nō
est deus præter te. Quomodo hoc secundum ari-
anos conuenit. Necesse ē negent aut patris
aut filii diuinitatem: nisi eusdem diuinitatī
crediderint unitatem. In te inquit est deus: ✝
quoniam in filio pater. Scriptum est enim. pa-
ter qui in me manet ipse loquitur: & opera
quæ ego facio ipse facit. Sed alibi dicit. Quia
ego in patre & pater in me ē. Dissoluant si
possunt hanc naturæ proprietatem ex opis
unitate. Deus igitur in deo: sed non duo dii.
Scriptum ē. ꝯ. Quia unus deus & dominus ī
domino. Sed non duo domini. Quia scriptuz
est. Nolite potest duobus dominis seruire: ✝

& lex dicit. Audi israhel. Dominus deus tu-
us deus unus ē. & utique in eodem ē testām-
to. Pluit. dominus à domino. Dominus ingt
à domino pluit. Sic & in genesi habes. Et fēc
deus hominem ad imaginem dei. Sed tamen
non duo dii sed unus deus qui fecit. Vtrobiq;
igitur unitas operdtionis seruatur & nominis.
Nam utrique cum legimus. deus ex deo non
duos deos dicimus. Denique habes in psalmo
xliij. quod & deum patrem dixit propheta:
nec deum filium denegauit. dicens. Sedes tua
deus in sæculum sæculi. & infra. Vnxit te ds
deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
Deus est qui ungit: & deus qui secundum cā-
nem ungitur dei filius. Denique quos habet
unctionis suæ christus nisi in carne consortē.
Vides igitur quia deus à deo unctus: sed in-
assumptione naturæ unctus humanæ. Dei fi-
lius designatur nec legis forma uiolatur. &
hic ergo cum dicitur. Pluit dominus à dño:
unitatem diuinitatis agnosce. Operationis. u-
unitas non facit pluralem diuinitatem. sicut
ipse dominus ostendit dicens. Credite mihi

quia ego in patre & pater in me · Alioquin ut
propter opera ipsa credite: & hic aduertimus q
unitatem diuinitatis per unitatem operum de-
signauerit · Vt autem una deitas & patris & fi-
lij & una dominatio probaret̃ ne gentibus aut
iudaicę impietatis incurreremus errorem pro-
uidens apostolus quid sequi deberemus ostendit.
dicens · Vnus deus & pater ex quo omnia: et
nos in ipso & unus dominus ihesus christus p
quem omnia & nos per ipsum · Sicut · u · unus
dicendo dominum nostrum ihesum christum pa-
trem dominum non negauit: ita unum dicendo
deum patrem æque à ueritatis deitate nec fili-
um separauit · Vnde nec pluralitatem diuinita-
tis sed unitatem potestatis ostendit · Quia et ī
dominatione diuinitas / & in diuinitate domina-
tus ē · Sicut scriptum est · Scitote quoniam dn̄s
ipse est deus · Ipse fecit nos & non ipsi nos · In
te igitur est deus per unitatem naturae · & n̄o
est deus præter te proprietate substantiæ re-
pulsa differentia · In Hieremiæ quoque libro
unum deum scriptura dicit: & tamen & p̄rem
& filium confitetur · Itaque sic habes hic deū

noſter: & non æſtimabitur alius adeum. Qui+
aditeuenit omnem uiam diſciplinæ: & dedit
eam iacob puero ſuo: & ~~iſrał~~ iſrahel dilecto ſuo:
poſt hæc in terris uiſus eſt: & cum hominibꝰ
conuerſatus ē. De filio dei dicit Ipſe. u. in terris
uiſus eſt: & cum hominibuſ conuerſatus eſt.
& dicit hic eſt deus noſter & non æſtimabr
alius ad eum. Quid diſcutimus eum: de q̄
ſanctus ſpiritus dicit per prophetam quod ad
eum non possit alius æſtimari. ~ Quæ enim
poteſt esse alia æſtimatio ubi deitatis unitas
eſt. ~ Confitebat hoc populuſ in periculis con-
ſtitutus: neſciebat diſſerere quæſtionem: qui
religionem amittere timebat. Adeſto ſancte
ſpiritus prophetis tuis quibus inesse conſue-
iſti: Quibus crediſmus si prophetis non cre-
dimuſ. ~ Sapientibuſ crede iſtius mundi. Sed
ubi Sapiens ubi ſcriba. ~ Ruſticuſ noſter cū
ficus inſereret inuenit quod philoſophus ig̃
rauit. Quæ ſtulta ſunt enim huiuſ mundi
elegit deus ut confundat quæ ſunt fortia.
Crediſmus Iudæis qua notus aliquando iu-
dæa deus. Sed hoc ipſum negant: propter

quod credimus: quia non nouerunt patrem
qui filium negauerunt. Vnum deum cōmu-
nis natura testatur: quia unus est mun-
dus. Vnum deum fides significat: quia una
fides noui & ueteris testamenti: unum spi-
ritum sanctum testificat̃ gratia: quia unum
baptisma in nomine trinitatis ē: unum dm
prophetæ dicunt: apostoli audiunt: Vnum
deum magi crediderunt: & aurum thus &
myrrham supplices ad christi cunabula de-
tulerunt: auro regem fatentes: ut deum thu-
re uenerantes. thesaurum. ħ. regni sacrifica-
um dei myrrha ē corporis sepulturæ. Quid
igitur sibi uoluerunt mystica munera inter
abiecta præsepia: nisi ut intelligamus ī chri-
sto differentiam diuinitatis & carnis. ~ ut ho
cernitur: ut deus adoratur. Iacet in pannis:
sed fulget in stellis. Cunæ nascentem indi-
cant. Stella dominantem. Caro est quæ in-
uoluitur: diuinitas cui ab angelis ministrat̃.
Ita nec dignitas naturalis maiestatis amittit̃
& assumptæ carnis ueritas approbat̃. Hæc
est fides nostra. Sic se dominus cogñsci uoluit.

ab hominibus. Sic tres pueri crediderunt in deo:
nec incendia circumecta senserunt. cum infidō
noxios ignis exureret fidelibus in noxia flama
roraret: quibus aliorum incendia refrigerabāt:
quia merito fidei perdiderat sua poena naturam:
Aderat. n. in specie angeli qui monebat uī nīo
trinitatis unius esse laudatio potestatis. Benedice-
batur deus. undebatur in angelo dei filius. Sancta
& spiritalis in pueris gratia loquebatur.

Vnc consyderemus quas Arriani dei filio infe-
rant questiones. Dissimilem patri dicunt esse
dei filium. hoc si homini obiicaī iniuria est. Ex
tempore coepisse dicunt Dei filium: cum conditō
ipse sit temporum: Homines sumus & esse no-
lumus temporales. Ex tempore coepimus: & sine
tempore futuros esse nos credimus. fieri nos o-
ptamus æternos. Quomodo negare possumus dei
filium sempiternum: quem sempiternu docet atq;
demonstrat natura. Nam gratia creatum dīt.
Quis auctorem inter opera sua deputet: ut vi-
deatur id esse quod fecit. Bonum negant. Sac-
lega nox ipsa se damnat: ut indulgentiam spēr

non possit. Negant uerum dei filium negant oī-
potentem cum fateantr̃ omnia facta per filium :+
omnia creata per dei esse uirtutem. Quid est. n.
uirtus nisi perfecta natura. Negant etiam diui-
nitate unum esse cum patre. Deleant ergo euā-
gelium. deleant christi uerba. Ipse. n. dixit. Ego
& pater unum sumus. Non ego hoc dico. christ⁹
dixit. Nunquid fallax ut mentiretur. Nunqd
impius ut quod non erat usurparet. Sed singla
suis locis plenus digeremus. Quoniam hæreticus
dicit esse dissimilem idque uersutis non ueris di-
sputationibus astruere nititur: dicendum est à no-
bis quod scriptum ē. Cauete uos ne quis uos de-
prędetur per philosophiam & inanem sermonem.
secundum traditionem hominum: & secundu3
elementa huius mundi, & non secundum christū.
Omnem. n. uim uenenorum suorum in dialecti-
ca disputatione constituunt quæ philosophorum
sententia definitur: non adstruendi uim habere:
sed studium destruendi. Sed non in dialectica cō-
placuit deo saluum facere populum suum. Regn̄
dei in simplicitate fidei est. non in contentione +
sermonis. . .

nō ḡ dialectico

ISSIMILEM. Igitur dicunt esse. Nos negam̃
imo potius horremus hanc uocem. Sed nolo
argumento credas Sancte Imperator: & nostrae di-
sputationi. Scripturas interrogemus. Interrogem̃
apostolos. Interrogemus prophetas. Interrogem̃
christum. Quid multa: ~ patrem interrogemus:
cuius honori studere se dicunt. Si filius ē degenẽ
iudicetur. Sed non est honorificentia boni p̄ris
filii iniuria. Non potest bono patri placere: si filꝰ
degenerasse potius à patre: quam patrem æquã-
se credatur. Apostolus dicit imaginem patris chri-
stum esse. Ait. u. quod ipse sit imago dei inuisibi-
lis. primogenitus uniuersæ creaturæ. Primogē-
tus inquit. non primo creatus. Vt & genitus pro
natura: & primus pro perpetuitatem credatur.
Alibi quoque apostolus asseruit quod ipsum posu-
it hæredem omnium: per quem fecit & sæcula:
qui splendor gloriæ: & caracter substantiae eius.
Imaginem apostolus dicit: & arrius dicit dissi-
milem esse. Cur imago si similitudinem non
habet. ~ In picturis homines nolunt esse dissimi-
les. & arrius dissimilem patrem contendit esse

in filio: & uult ut pater dissimilem genuerit sui:
quasi impotens qui generare similem non potuerit.
Prophetæ dicunt: Splendor est. n. Lucis æternæ:
& speculum sine macula Dei maiestatis & imago
bonitatis illius. Vide quanta dicantur quod splen-
dor. quod claritas paternæ lucis in filio sit. specu-
lum sine macula quod pater uideatur in filio +
imago bonitatis quod non corpus in corpore sed
uirtus in filio tota cernatur. Imago docet nō esse
dissimilem caracter expressum esse significat:
splendor signat æternum. Imago itaque non +
uultus ē corporalis nec fucis composita nō ceris.
sed simplex de deo egressa. de patre expressa.
Per hanc imaginem Philippo patrem dominus
demonstrauit. dicens. Philippe qui me uidet. ui-
det & patrem. & quomodo tu dicis ostende nobis
patrem. Non credis quia ego in patre & pater
in me ē. ℣ Vidit. n. in imagine patrem qui ui-
dit in filio. Vides quam imaginem dicat. ℣ Ima-
go ista ueritas ē. Imago ista iusticia est. imago
ista dei uirtus est: Non muta quia uerbum ē.
non insensibilis quia sapientia ē. non inanis qa
uirtus ē: non uacua quia uita ē. nō. mōtua!

quia resurrectio est. Vides ergo quia dum imago + dicatur patrem significat esse: cuius imago sit filius: quia nemo potest ipse sibi imago sua ēe. Plura possem de filij testimoniis dicere: sed ne + forte ipse sibi nimium fauisse dicatur. patrem interrogemus. Nempe ipse dixit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Pater filio dicat ad imaginem & similitudinem nostram: & tu dissimilem dei filium dicis? Johannes dicit. Dilecti filii dei sumus: & nondum apparet quid erimus. ó Improuida amentia. ó Impudens peruicacia. Homines sumus: & īquo possumus ad similitudinem dei erimus: & similem audemus dei filium denegare? Ergo pat dixit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In principio ipsius mundi patrem & filium esse audio. & unum opus cerno. Audio loquentem agnosco facientem. sed patris & filii unam imaginem unam similitudinem Lego. Similitudo hæc non diuersitatis sed diuinitatis ē. Quod igitur tibi usurpas filio dī derogas cum utique nisi per imaginem dei ad imaginem dei esse non possis.

Laret igitur non esse dissimilem: & ideo p-
diuior uia est: ut etiam sempiternum ēē fatea-
mur: cum similis sempiterni utique sempiter-
nus sit. Si autem patrem sempiternum dicimꝰ:
& hoc idem filio denegamus: dicimus esse dissi-
milem. Sempiterno. u. temporale dissimile est.
Clamat propheta sempiternum. clamat & apo-
stolus sempiternum. Plenum ē uetus testamen-
tum testimoniis filii sempiterni. Plenum est no-
uum. Ordinem ergo teneamus. Scriptum est ue-
teri testamento: ut ut unum de pluribus dicā.
Ante me non fuit alius deus. & post me non
erit. Nihil ego argumentabor. teipsum rogo.
Quis hoc dicit: pater an filius. ~ Vtrum dixeris:
eo te conuinci intelligis: uel si credas fateri. Qꝫ
ergo hoc dicit pater an filius. ~ Si filius ante me
inquit non fuit alius deus. Si pater. post me
inquit non erit. hic priorem ille posteriorem
non habet. Inuicem inse & pater in filio & filꝰ
in patre cognoscitur. Cum. u. patrem dixeris:
~~etiam~~ eum etiam filium designasti: quia nemo
ipse sibi pater est cum filium assignas: etiam

patrem eius fateris. quia nemo ipse sibi filius ē.
Ita nec filius sine patre: nec pater potest esse sīn
filio. Semper igitur pater semper & filius. In p̄n-
cipio enim erat uerbum: & uerbum erat apd
deum: & deus erat uerbum. Hoc erat in prin-
cipio apud deum. Erat inquit apud deum. erat
erat erat erat. Ecce quater erat. Vbi impius ī-
uenit quod non erat. Alibi quoque Iohannes
in epistola sua dicit: quod erat in principio. In-
definite tenditur erat. Quicquid excogitaueris
erat filius dei. Omnes autem hæreses hoc capi-
tulo breui piscator noster excludit. Quod enim
erat in principio non ēxcluditur tempore. non
principio p̄euenitur. Ergo Arrius conticescat.
Quod autem erat apud deum: non permyxtiōe
confunditur: sed manentis uerbi apud patrem
soluta perfectione distinguitur. Vt Sabellius ob-
mutescat. & deus erat uerbum. Non ergo in p̄-
latione sermonis hoc uerbum est: sed in illa cœ-
lestis designatione uirtutis. ut confiteatur Fotinus.
Quod uero erat in principio apud deum sempi-
ternæ diuinitatis in patre: & filio inseparabilis
unitas edocetur. Vt erubescat Eunomius. 4

Postremo cum omnia per eum facta dicantur:
ipse conditor noui utique testamenti & ueteis
designatur. ut Manicheus uidelicet locum tem-
ptationis habere non possit. Ita piscator bonus
intra unum omnes recte concluſit ut faceret i-
habiles fraudi: quamuis essent inutiles captioni.
Dic mihi hereticе dic mihi inquam: fuit ne ali-
quando tempus quo omnipotens deus pater nō
erat: & deus erat. Tempus inquit non astruo:
bene & argute. Si. n. tempus dixeris: te ipse cō-
uincis: Quia necesse est asseras fuisse tempus +
ante filium: cum filius temporis auctor sit: &
creator. Non potest. n. post opus suum ipse coe-
pisse. Necesse est igitur auctorem operis sui +
esse fatearis. Ante tempora inquit non nego fi-
lium. Sed cum filium dico ostendo priorem pa-
trem: quia pater inquit filio prior. Quid ē hoc.
Negas tempus esse ante filium: & tamen ne-
scio quid ante filium uis precessisse: quod te-
poris sit. & ostendis media nescio quae moli-
mina fuisse generandi. In quo generationem
patris significas temporalem. Nam si pater ēe
coepit deus: ergo prima erat: & postea pater

factus est. Quomodo ergo immutabiles deus? Si
enim antea deus postea pater utique generatio-
nis accessione mutatus est. Sed auertat deus +
hanc amentiam. Nos. h. ad impietatem eorum
redarguendam hanc protulimus quæstionem.
Pia mens generationem sine tempore asserit: ut
& sempiternum patrem cum filio dicat: nec alt̃
asserit esse mutatum. Iungat igitur honorificē-
tia patris filium: quem diuinitas iunxit: Non
seperet impietas: quem generationis proprietas
copulauit: honorificemus filium ut honorificem̃
& patrem: sicut in euangelio scriptum est. Sem-
piternitas filii paternæ maiestatis insigne est.
Si iste non semper fuit: ergo ille mutatus est.
Sed semper fuit filius. ergo nec pater aliquando
mutatus est: qui immutabilis semper est. Itaq;
uidemus quod illi qui uolunt negare filium sē-
piternum: uolunt patrem docere mutatum. Ac-
cape aliud quo clareat filium sempiternum. Apo-
stolus dicit: quod dei sempiterna uirtus sit: atq;
diuinitas. Virtus autem dei christus. Scriptum
est. u. Christum esse dei uirtutem & sapientiā.
Ergo si christus dei uirtus: qua uirtus dei sēpitna:

sempiternus igitur & christus. Non ergo ex usu
generationis humanæ calumniam hæreticæ
astruas: neque ex nostro sermone compondas.
Neque. u. angustis sermonibus nostris immē-
sæ magnitudinem possumus diuinitatis ī clu-
dere: cuius magnitudinis non ē finis. Nanque
hominis generationem si definire contendas:
tempus ostendis. generatio autem diuina sup̄
omnia est. Late patet. Supra omnes cogitatio-
nes ascendit & sensus. Scriptum est. u. Nemo
uenit ad patrem nisi per me. Quicquid igit̄
de patre cogitaueris quantlibet eius æternita-
tem: non potes de eo aliquid nisi per filium
cogitare. nec potest ullus ad patrem nisi p fi-
lium transire sensus. Hic est inquit filius mꝰ
dilectissimus. est inquit. Quod est semper est.
Vnde & Dauid. In æternum inquit domi-
ne permanet uerbum tuum in cælo. Quod
.u. manet nec substantia nec æternitate de-
finitur. Quæris à me quomodo si filius sit
non priorem habeat patrem. Quæro iter̄ a-
bste quando aut quomodo filium putas
generatum. Mihi .u. impossibile ē gn̄ationis

ſcare ſecretum. Mens deficit uox ſilet: non
mea tantum ſed & angelorum. Supra pote-
ſtates: ſupra angelos ſupra cherubin. ſupra Sera-
phin: ſupra omnem ſenſum ē. Pax autem chri-
ſti quæ ē ſuper omnem ſenſum. Si pax chriſti
ſuper omnem ſenſum: quemadmodum non ē
ſuper omnem ſenſum tanta generatio. Tu quoq;
manum ori tuo admoue. Scrutari non licet ſu-
perna myſteria. Licet ſcire quod natus ſit: illd
negare mihi non licet. Diſcutere quemadmo-
dum natus ſit non licet. hoc quærere metus ē.
Nam ſi Paulus ea quæ audiuit raptus in tertiū
cælum ineffabilia dicit: quomodo nos expri-
mere possumus paternæ generationis archa-
num quod nec ſentire poſſumus nec audire.
Verum ſi me ad conſuetudinem trahis generatio-
nis humanæ: ut patrem dicas priorem. Vide
utrum ad generationem dei terrenæ genera-
tionis exempla conueniant. Si ſecundum ho-
minem Loquamur / negare non poteris prio-
res esse in homine patris quam filii paſſiones.
Prior creauit: prior ſenuit. prior doluit priŏ
fleuit. Si igitur hic tempore minor ille ātiqor

passione. Si hic generationis incurrit ætatē
nec ille generandi euasit pudorem. Quid te ista
quæstionum tormenta delectant? Audis dei
filium; aut dele nomen aut cognosce naturā.
audis uteram. agnosce generationis perspicue
ueritatem. audis cor. uerbum intellige audis
dexteram agnosce uirtutem. audis os. agno-
sce sapientiam. Non hæc sunt in deo corpora-
liter æstimanda. Incomprehensibiliter gene-
ratur filius. impassibiliter generat pater: &
tamen ex se genera uit: & ante omnem intel-
lectum generat ut deus uerus deum uerum
Pater diligit & tu discutis. Pater complacet &
tu cum iudæis inuides. Pater honorat. & tu
cum gentibus conuitiaris. Quaeris à me utrū
prior non possit esse qui pater est. Quæro
à te ut doceas quando pater fuit prior: aut
testimonis aut argumentis! collige ueritatem.
Si testimoniis! accepisti utique sempiternam
dei esse uirtutem. Legisti etiam dicentem.
israhel si me audieris non erit inte deus re-
cens. neque adorabis deum alienum. Aliud
horum æternitatem: aliud proprietatem +

substantiæ indifferentis significat: ut neq; posteriorem neque alteriuſ diuinitatis filium ēe credamuſ. Nam ſi posterior eſt: recens eſt. & ſi unus non ē: diuinitatis alienuſ ē. Sed nec posterior: quia recens non eſt: nec alienuſ: qa ex patre natuſ eſt. Sed si alienum putant: aiꝝ adorant. cum ſcriptum ſit. Neque adorab deum alienum: aiꝝ ſi non adorant: fateant, & finis eſt. Neque ſub religioſi nominis professione decipiant. Hæc nempe ſunt teſtimonia ſcripturarum aut ſi habes aliud: proferre debebis. Supereſt ut & argumentis ueritas + colligitur quanquam etiam humanis teſtimoniis argumenta cedere ſoleant. Argumentare tamen hæretice ut uoleſ. Vſu inquit accepimuſ eo qui natuſ ē priorem eſſe qui generat. Perſequere igitur omnia ueſtigia cōſuetudinis & si cætera conueniunt: non obſiſto qn & uſtud requirant. Si autem nulla concordāt quemadmodum cum deſint cætera hoc ſolū exigis. ~ Ergo quia uſum requiriſ Quando + generatuſ ē ex patre paruuluſ fuit. Vidiſti in cunis infantulum uagientem. Proceſſuſ

aliquos accepit ætatis. Si. u. infirmitatem generationis habuit necesse ē ut non solum nascēdi sed etiam uiuendi inciderit infirmitatem. Sed fortasse eo prolaberis amentiæ: ut de filio ista non abnuas qui eum ex infirmitate + metiris humana. Quid si deum negare non potes nomine infirmitate tamen hominem uis probare. Quid si dum filium discutis patrem arguis & dum christo prædicas patrem abiudicas. Nam si diuina generatio subiecta tempori fuit & id ex usu generationis usurpatur humanæ ergo & pater corporali utero põtauit filium decem mensium curriculis onus uexit. Sed quomodo sine sexu altero generationis usus. Vides sollemnem generationis seriem non coepisse & tu partus cuiusdam cõporei necessitati putas fuisse sollemnes. Tu usum requiris ego sexum tu tempus exigis ergo ordinem. tu finem discutis. ego quaero principium. Nempe finis ex principio non principium pendet ex fine. Omne inquit hęreticus quod natum est principium habet. & ex tempore esse coepit. Quod ipsorum ore

sit dictum ego autem filium esse natum profi-
teor. quod reliquum est impietatis horresco.
Deum confiteris homo & tali circunscribis ca-
lumnia? Rursus obiicunt. Ergo non ē filius
si non habet quæ habent filii. Ignoscat mihi
pater ignoscat filius ignoscat & spiritus sanctus.
quæstionem pro pietate referre cupientis. Est
certe pater: & manet semper. Sunt etiam crea-
turæ pro dispositione diuina. Est ergo aliquid
eorum quod non subiectum ē aut locis aut
temporibus aut creationi aut causæ alicui ut
auctori? profecto nihil. Quid ergo dicitis ē hoc
aliquid quo egeat pater? Impium est dicere.
Ergo aut definite quæ creaturarum sunt apta-
re diuinitati aut si comparare contenditis cō-
syderate quo uestra impietas procedat quod
absit ut uel in sensus nostros aliquando uēiat.
Nos. h. piam responsionem tenemus. Nanque
omnipotens deus est: & ideo nullo eorum pa-
ter indiget qui non habet mutationem sui
aliquam uel profectum quod nos egemus.
Quorum infirmitas ex huiuscemodi rebus p-
fectum accipit. Qui autem omnipotens est

utique non creatus est. Sine loco & supra te-
pora est. Nihil. u. ante deum imo hoc ipsum
uerbum ante deum dicere esse aliquid graue.
Ergo si ita est quia nihil eorum est in deo pa-
tre quæ profectum significent quia deus est &
nihil eorum aptam potest etiam dei filio ut
uel initium accipiat uel profectum quia deus
uerus ex deo uero ē. Ergo quia usitatum non
reperimus ordinem adquiesce Arriane præcipu-
am christi generationem fuisse. Adquiesce inq̄
& si mihi non credis erubesce uel dei uocem +
dicentis. Cui me similem aestimasti?~ & iterum.
Quia non sicut ~~ut~~ homo ita & deus. Etenim si
operatio dei præcipua est & quia non manibus
aliquid operatur non labore conficit non die-
bus absoluit. Ipse. u. dixit & facta. Ipse man-
dauit & creata sunt. cur non credamus præ-
capuam generationem esse eius in filio cuius
præcipuam creationem in operibus agnoscim?~
Dignum certe ē ut specialiter & præcipue ui-
deatur generasse filium. Habeat generatio-
nis inusitate gloriam qui habet potestatis ī-
usitate gratiam. Non sola admirabilis ex pre

generatio christi admirabilis etiam ipsa gñatio
eius ex uirgine. Tu illam dicis nostræ similē
conceptionis & ego probo istam nostræ esse
dissimilem. Imo teipsum cogam fatere. Dic quē-
admodum natus sit ex Maria. ~ quo usu uter⁹
eum habuerit uirginalis. ~ Quomodo sine se-
mine uiri partus. ~ Vnde virgo pregnans. Quē-
admodum puella matris ante fœtus quam co-
pulam vxoris experta. ~ Causa deerat: & gene-
rabatur filius. Si igitur in uirginem usus defu-
it generationis humanę quemadmodum in
deo patre proprię generationis usum requiri⁹. ~
Qui certe usus insexu est quia sexus in carne
ē. Vbi ergo caro nō ē quemadmodum car-
nis infirmitatem exigis. ~ Nemo meliorem di
scutit. Credere tibi iussum ē non discutere per-
missum est. Scriptum est. H. Omnia opera el
in fide. Opera ergo in fide generatio sine fide. ~
Et discutimus quæ non uidemus qui iubē
credere magis quam discutere quæ uidemus. ~
Dicit aliquis: Quomodo generatus sit filius qi
sempiternus quasi uerbum quasi splendor lu-
cis æternæ quia simul splendor operatur ut

nascitur. Apostoli istud exemplum est: non
meum. Noli ergo credere quod fuit uel mom̄-
tum aliquod quo fuerit sine sapientia deus +
aut sine splendore lux: Noli arriane ex nr̄is
estimare divina sed divina crede ubi humana
non inuenis. Rex gentilis in igne cum tribus
pueris hebreis quarti quasi angeli uidit figu-
ram & quia praestare putabat angelis dei fi-
lium quem non legit sed credidit indicauit.
Habraham quoque tres uidit & unum adora-
uit. Petrus in monte Moysen & Heliam cum
filio dei uidit nec erravit in natura nec erra-
uit in gloria. Denique quid facere deberet nō
illos sed christum interrogauit. Nam & si tri-
bus parabat obsequium vnius tamen expectabat
imperium. Sed quoniam uel tabernaculorum
numerum deferendum tribus simpliciter aesti
mauit: emendatur auctoritate dei patris dic̄e-
tis. Hic est filius meus dilectissimus ipsum au-
dite. Hoc est. quid conseruos tuos cum domino
socias tuo.~ Hic est filius meus. non Moyses filꝰ
non Helias filius. sed hic est filius. Sensit apo-
stolus emendationem procidit in facie gstnaꝰ

patris uocem & filii claritate sed leuatur à filio
qui iacentes erigere consueuit. Vnum uidet so-
lum uidet dei filium. Recesserunt. u seruuli: ut
solus dominus qui solus designabatur filius ude-
retur. Quid igitur sibi uoluit illa uisio. nō eq̄-
litatem christi seruorumque significans sed my-
sterium nisi ut appareret nobis quod lex et p-
phetæ cum euangelio congruentes sempiternū
dei filium quem annunciauerant reuelarent.
Ergo & nos cum audimus ex utero filium ex
corde uerbum credamus quia non plasmatus
manibus sed ex patre ē natus non artificis opus
sed progenies est parentis & ideo dicit. Hic est
filius meus. Non dixit hic est temporalis non
dixit hæc est creatura mea hic est seruus meus
sed hic filius meus quem uideris in gloria. Hic
est deus habraham deus ysaac & deus iacob q
apparuit in rubro Moysi: de quo Moyses dix.
Qui est misit me. Non pater in rubo. nō pater
in heremo sed filius est Moysi locutus. Deus
hic est prophetarum. Filium ergo legimus. +
Mens tua percipit lectionem & dat lingua tua
confessionem. Auser hinc argumenta ubi fidē

quæritur. In ipsis gymnasiis suis iam dialectica
tacent. Non quaero quid loquantur philosophi
requiro quid faciant. Soli in suis gymnasijs re-
manserunt. Videte quam fides argumentis
præponderet. Illi quotidie cum suis cōsortib⁹
deseruntur: qui copiose disputant. Isti quot-
idie crescunt qui simpliciter credunt. Non
creditur philosophis creditur piscatoribus nō
creditur dialecticis creditur publicanis. Illi vo-
luptatibus & deliciis orbem ligauerunt. isti
ieiuniis & doloribus exuerunt. Plures itaq3
iam coepit illicere iniuria quam voluptas.
Quid distant à gentibus arriani: Illi dos
appellant dispares sexu dissimiles potestate.
Isti trinitatem asserunt differentis diuini-
tatis & dissimilis potestatis. Illi deorum suo-
rum principium asserunt temporale. & isti
christum cepisse ex tempore mentiuntur.
Nonne ex philosophia omnem impietatis
suæ traxerunt colorem. Illi tamen quod ve-
nerantur amplificant. Isti dei filium creatu-
ram asserunt esse q deus est.

PATVIT arbitror Sancte Imperator + neque dissimilem patri neque ex tẽpore esse dominum ihesum. Restat ut illud q̃ sacrilegium redarguatur: & probemus creaturam non esse dei filium. In quo nobis presentis oraculum lectionis aspirat. Audiuimus. u. Legi dicente domino. Ite in orbem uniuersum. & predicate euangelium uniuersæ creaturæ. Qui uniuersam creaturã dicit nullam excipit. & ideo ubi simt q creaturam christum appellant. Nam si creatura esset nunquid ipse sibi mandaret euangelium prædicari. Non igitur creatura est sed creator qui docendæ creaturæ discipulis suis mandat officium. Non creatura christus. Vanitati. u. creatura subiecta est: sicut apostolus dixit. Nunquid ego christus subiectus est uanitati. Rursus iuxta eundem apostolum. Creatura congemiscit: & comparturit usque nunc. Nunquid ergo christus cõgemiscit: & comparturit: qui nostros à morte gemitus liberauit. Creatura inqt libabit ã seruitute cor-

ruptiõis. Videamus igitur magnam inter creaturã
& deum esse differentiam. distantiam.
Qua seruitus creatura ẽ. Dominus autẽ
spiritus ẽ. Vbi autem spiritus domini ibi liber-
tas. Quis hunc induxit errorem ut eum q
creaut omnia qui fecit omnia diceret crea-
turam. Nunqd ipse dominus se creauit.~ Sic
n. Lectum ẽ quod per ipsum omnia facta sũt.
& sine ipso factum est nihil. Nunquid ipse
se fecit. Si lectum ẽ quod negari non potest:
Quia deus in sapientia fecit omnia nunqd
uerisimile uideri potest quia in se ipsa facta
est sapientia.~ Legimus. u. genitum. quia pa-
ter dixit. Ex utero ante Luciferum genui te.
Legimus primogenitum filium. Legimus uĩ-
genitum. Primogenitum quia nemo ante
ipsum. Vnigenitum quia nemo post ipsum.
Legimus etiam generationem eius quis enar-
rabit.~ Generationem ~~eius~~ inquit non creati-
onem. Quis his tantis ac talibus conferri põt.~
Ostendit etiam dei filius distantiam generatio-
nis & gratiæ dicens. Ascendo ad patrem me-
um & ad patrem uestrum. Separatio ista

diuersitatem ostendit: quod illum generator
noster creator sit. & addidit. Deum meum &
deum uestrum. Quia licet ipse & pater unū
sint: & illi pater sit proprietate naturae: nob̄
deus pater coeperit esse per filium: non naturę
iure sed gratiæ. tamen utręque naturæ hic
significari uidentur in christo & diuinitatis et
carnis. Diuinitatis ex patre: Carnis ex mr̄e.
Illa quæ ante omnia ista quę ex uirgine.
Denique ante patrem ut filius nominauit.
Deum postea ut homo nuncupauit. Vbique
autem deum suum quod ex persona dicat ho-
minis testimonia docent. Deus deus meus re-
spice in me. quare me dereliquisti. & alibi.
De uentre matris meæ deus meus es tu. &
supra. quasi homo patitur & infra homo est
qui ex matris uentre iactat̄. Itaque cū dicit
De uentre matris meæ deus meus es tu. si-
gnificat eum qui pater semper erat: ex illo
deum sibi esse ex quo de matris uentre ia-
ctatus est. Cum igitur In euangelio In apto
In prophetis generationem christi legerim².
unde audent dicere creatum esse ut factū.~

Et quidem inquo creatum legerint inquo fa-
ctum consyderare deberent · Edoctum est · u · dei
filium de deo esse genitum de deo natum · fa-
ctum autem inquo legerint diligenter aduer-
tant · Non · u · deus factus sed deus dei filuus na-
tus est · Postea autem secundum carnem homo
factus ex maria est · Si mihi non credunt cre-
dant apostolo dicenti · Postquam uero uenit
plenitudo temporis misit deus filium suum fa-
ctum est ex muliere factum sub lege filium
inquit suum · Non unum de multis nō co-
munem sed suum · Suum cum dicit gnātio-
nis æternæ proprietatem signauit · Hunc
posted factum ex muliere asseruit ut factu-
ra non diuinitati sed assumptioni corpoīs
ascriberetur · Factum ex muliere per car-
nis susceptionem factum sub lege per obſ-
uantiam Legis · Generatio autem illa cæle-
stis ante Legem ista post Legem · Vnde et
illud uane iactare consueuerunt · Quia
scriptum est · Et dominum eum & christū
fecit deus · Imperiti Legant totum & intelli-
gant · Sic · u · scriptum est · & dominū eum

& christum fecit deus hunc ihesum quem uos
crucifixistis · Non diuinitas crucifixa sed caro
est · Hoc tu utique fieri potuit quod potuit
crucifigi · Non ergo factura dei filius · Facessat
igitur & illud de quo calumniari solent et
discant quemadmodum dictum sit · Dominū
creauit me · Caro deum agnoscit. gloria p̄rez
signat · Creatura nostra dominum confitetur
caritas patrem nouit · Itaque qui ignoret: qđ
ob causam incorporationis hoc dicitur. ℣ In
eo igitur se creatum dicit & in quo & hōiez
testificabatur dicens · Quid me quæritis in-
terficere occidere hominem. ℣ in quo et cru-
cifixus & mortuus & sepultus est · Nec du-
bitandum quid quasi præteritum posuit: qđ
erat futurum · Hæc · u · consuetudo ē prophe-
tiæ ut quæ futura sunt uel quasi præsentia
uel quasi facta dicantur · Denique in psal-
mo uigesimo primo Legisti · Tauri pingues ob-
sederunt me · Legisti etiam · Diuiserunt s̄
uestimenta mea · Quod & euangelista de
tempore passionis prophetatum esse signifi-
cat · Deo · u · quæ sunt futura: p̄nta sunt:

& a cui præcognita sunt omnia uentura pro
factis sunt. Sicut scriptum ē. Qui fecit quae fu-
tura sunt. Nec mirum si ante sæcula fundatum
se esse dicit. Cum legeris prædestinatum ante
tempora sæcularia. Quod uero de incarnatione
id uideatur expressum declarant sequentia. Sa-
pientia inquit ædificauit sibi domum: excidit
columnas septem & interfecit suas hostias & mi-
scuit in cratere unum suum & parauit mensā
suam & misit seruos suos conuocans cum altis-
sima prædicatione dicens. Qui est insipiens de-
clinet ad me. Nonne in euangelio post incarna-
tionem hæc omnia uidimus esse completa.
Quod sacri conuiuij celebrauit mysteria. Quod
apostolos misit & clamauit uoce dicens. Siqs
sitit ueniat ad me & bibat. Ergo sequentia re-
spondent prioribus & totius cursum incarnatio
nis uidemus prophetiæ expositione digestum.
Multa alia documenta præsto esse possunt hu-
iusmodi de incarnatione dictum uideri. Sed me
non inuoluo libris ne tractatus uideatur esse
diffusior. Nunc ipsos Arrianos interrogo! utr
idem putent esse genitum quod creatum.

Si. n. distat inter creatum & genitum ut ego arbitror cum legerimus non utique idem & genitum intelligimus & creatum. Dicant igitur gn̄atum ex patre. ex virgine procreatum. aut dicant quom̄o dei filius sit & genitus. & creatus. Vna natura & maxime dei diuersitatem non recipit. Certe facessat nostra sententia. Paulum interrogemus qui + spū dei plenus has premidens quæstiones generaliter contra gentes / specialiter contra arrianos locutus ait diuino iudicio eos esse damnatos. qui seruirent creaturæ potius quam creatori. Prohibet itaque me Paulus creaturæ seruire: & + christo admonet seruiendum. Non ergo creatura christus Paulus inquit seruus ihesu christi. et bonus seruus qui dominum recognoscit: ipse creaturæ nos seruire prohibet. Quemadmodum ~~ipse~~ ergo christo ipse seruiret si creaturam christum putaret? Aut igitur designent quem creaturaz appellant aut desinant quem colere se simulāt. dicere creaturam. Ne sub appellatione cultorum sacrilegia grauiora committant. Detestabilior est. n. domesticus hostis quam extraneus. Et grauius scelus ut aduersus christum abusantur

christi nomine · Quem igitur meliorem interpretē
quærimus scripturarum quam illum doctorem
gentium uas electionis electum de persecutoribus,
qui ihesum quem persecutus fuerat fateretur ~
Legerat utique Salomonem plusquam arrius :
& erat peritus in lege & ideo qua legerat non
creatum christum dixit esse sed genitum · Lege
rat · u· ipse dixit & facta sunt ipse mandauit
& creata sunt . Nunquid dicto factus ē christus.
Nunquid mandato creatus est christus ~ Quomō
autem creatura in deo esse potest ~ Etenim ds
naturæ simplicis ē non coniunctę atque com-
positæ : cui nihil accidat sed solum quod diui-
num est in natura habeat sua : & nunquam
complendus adimplens omnia nusquam con-
fusus penetrans omnia nusquam ipse penetrā-
dus ubique totus · Vno eodemque tempore ut
in cælo uel in terris uel in nouissimo maris
præsens · Visu incomprehensibilis · fatu inintē-
pretabilis · sensu inæstimabilis · fide sequēdus ·
religione uenerandus · Et quicquid religiosius
sentiri potest : quicquid præstantius ad decorē
quicquid sublimius ad potestatem In hoc deo

intelligas conuenire. Ergo quia in filio compla-
cet pater crede. quia dignus patre filius. Vnde
non solum deus sed etiam uerus deus. Verus à
uero. & à deo uerus: ut ipse sit ueritas. Itaque
si nomen quærimus: ueritas est. Si maiestatem
quærimus naturalem eousque dei filius uerus
est ut proprius. Scriptum est. u. Qui filio propo
non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit ēv.
Tradidit utique secundum carnem. Proprietas
diuinitatis est. Si naturalem ergo maiestatem
quærimus genitus ē. Si quis autem genitum
inficiatur proprium negat. Qui proprio abnu-
it commune ceteris arbitratur. Si uero gñatio-
nis ipsius proprietatem requirimus: ex deo exi-
uit. Nam cum in usu nostro id sit exire quod
iam ex interioribus secretis prodire uideatur:
quod exire perhibetur angustis licet sermōib,
proprietatem diuinæ generationis aduertimus.
Vt non ex loco aliquo uideatur exisse sed ut
deus ex deo filius ex patre. Nec uideatur ~~ce~~
coepisse ex tempore qui ex patre nascendo
prodiuit ut dixit ipse qui natus est. Ex ore
altissimi prodiui & ueni. Sed si naturam nō

agnoſcunt ſi non credunt ſcripturis uel operib⁹
credant. Cui dicit faciamuſ nisi ei quem uerus
filium ſciret? ℞ nisi ubi ueram ſuam imagine
recognoſceret? Non eſt unum adoptiuuſ & ueſ.
Nec ſic filiuſ diceret unum ſumuſ ſi ſe cū uero
qui ueruſ non erat ipse conferret. Turbati in
freto apoſtolorum dicit ſed adhuc non creden-
tium chori ubi primum ſub pedibus domini
ludere aquas. & inquieto maris æſtu deambu-
lantis domini ſuper aquaſ intrepida uidere ue-
ſtigia. ſubitoque nauis fluctibuſ turbaretur +
ubi eam tamen chriſtus aſcendit placidata æq̄-
ra & elementa conſpexere famulantia: uerū
dei filium crediderunt dicentes: Vere filiuſ di
eſt. Hoc idem centurio cum alijs qui ſecum
erant tremefactis mundi cardinibuſ in paſſi-
one domini confitetur. & tu hereticę negaſ?
Centurio dicit uere filius dei erat iſte. Erat
inquit Centurio. & arrianuſ dicit non erat.
Ille ergo generationis & ueritatem & æterni-
tatem aſſeruit manu cruentuſ ſed mente de-
uotus. Tu hereticę ueritatem generationis ne-
gas tempus aſcribis? Vtinam manuſ potuſ

quam animum cruentasses · Sed nec manu innocens & mente feralis · Quantum in te est mortem infers qui infirmum opinaris · Imo quod grauius est & si diuinitas uulnus sentire non possit qđ in te tamen ẽ maiestatem suam in christo non corpus interficere conaris · Verum igitur deum dubitare non possumus quem uerum dei filiū & carnifices crediderunt & dæmones fatebantur. Quorum nunc non testimonia requiruntur sed tuis tamen sacrilegiis præferuntur · Illos nominauimus ut erubescares · Diuina quoque responsa adhibuimus ut crederes ·

EVS Igitur ex deo lumen de lumine uerus deus de deo uero ex patre natus non factus vnius substantiæ cum patre · Sic nẽpe nostri secundum scripturas dixerunt patres. Qui etiam sacrilega dogmata ideo suis inserẽda putauere decretis ut arri perfidia ipsa se proderet ne quasi fucis quibusdam & coloribꝰ illita uelaretur · Fucum enim faciunt qui nõ audent explicare quod sentiunt · Censoriæ itaqꝫ impietas arriana non expositione referatur · ſꝫ

damnatione detegitur ut qui curiose gestit audiꝝ
prius damnatam cognosceret ne laberetur quia
expositam audiret ut crederet. Eos inquit qui
dicunt erat quando non erat & ante quam na-
sceretur non erat & qui ex nihilo factum aut ex
alia substantia uel usia dicunt esse aut muta-
bilem & conuertibilem dei filium: anathemati-
zat catholica & apostolica ecclesia. Accepisti San-
cte Imperator eos qui talia asserunt iure dāna-
tos non humana Industria non composito aliq̄
trecenti decem & octo ut supra pressius dixi Epi-
scopi ad concilium conuenerunt. Sed ut īnuō
eorum per signum suæ passionis & nominis do-
minus ihesus suo probaret se adesse concilio crux
in trecentis ihu nomen in decem & octo est sacē-
dotibus. Hoc & in Ariminensi concilio habuit p̄-
ma confessio: & post Ariminense concilium sa
correctio. Confessionem epistola ad Imperatorē
Constantinum missa testatur. Correctionem se-
cuta concilia confitentur. Arrius ergo dicit erat
quando nō erat. Sed scriptura dicit erat / nō dic
non erat. Denique Iohannes scripsit in euangelio
In principio erat uerbum & uerbum erat apud

deum & deus erat uerbum. Hoc erat in principi
apud deum. Ecce quotiens erat & nusquam dix
quod non erat. Cui ergo credimus Iohanni in
christi pectore recumbenti an Arrio inter effu-
sa se sua uiscera uoluenti. Vt agnoscaremus
similem Iudæ proditoris Arrii quoque fuisse
perfidiam quem similis poena damnauit. Effu-
sa sunt enim Arrii uiscera pudet dicere ubi.
Atque ita crepuit medius. Prostratus in faciem
ea quibus christum negauerat foeda ora pollu-
tus. Crepuit sicut etiam de Iuda Petrus apostol⁹
dixit. Qui possedit agrum de mercede iniu-
sticiæ & in faciem prostratus crepuit medius &
effusa sunt omnia uiscera eius. Non ē fortui-
ta mors ubi in sacrilegio pari poena parile p̄ce-
sit exemplum. Vt idem subirent supplicium:
qui eundem dominum negauerunt: & qui
eundem dominum prodiderunt. Veniamus ad
alia. Arrius dicat ante quam nasceretur non
erat. Sed scriptura dicit omnia esse per filiu.
Quomodo ergo alijs dedit esse qui non erat. Cū
autem dicit impius quando & ante hæc utique
duo uerba tempus ostendunt. Quomodo ergo

negant tempus ante filium : & nolunt prius
fuisse quae temporis sunt cum id ipsum quā-
do & ante & aliquando non fuisse sit temporis.~
Arrius dicit ex nihilo dei filium. Quomodo ergo
dei filius.~ Quomodo paterno. generatus ex utero.~
Quomodo eructuatum ex corde uerbum legit~.
nisi ex intimo & inæstimabili patris intelliga-
tur (ut scriptum est) prodisse secreto. Filius enim
aut per adoptionem aut per naturam est. Per
adoptionem nos filii dicimur. Ille per ueritatem
naturæ est. Quomodo ergo ex nihilo ille qui ex
nihilo fecit omnia :~ Non habet filium qui ne-
scit unde sit. Denique nec iudæi habebant fi-
lium quia unde esset nesciebant. Arrius dicit
ex alia substantia. Quae igitur alia substantia
æquatur dei filio ut ex ipsa dei filius sit.~ Ar-
rius dicat creaturam dei filium non sicut creatu-
ras cæteras. Quæ. u. creatura sicut alia creatu-
ra est. homo non ut angelus terra non ut cæ-
lum sol non ut aqua Lumen non ut tenebrae.
Nihil ergo præferendo donauit. Sed ad simpli-
ces decipiendos misero colore fraudem suae ī-
pietatis obduxit. Arrius dicit mutabilem

& conuertibilem dei filium · Quomodo ergo ds
ſi mutabilis cum ipse dixerit ego ſum ego ſus
& non ſum mutatus .~Vere nunc mihi pro-
pheticum illud eſt confitendum : quod prophe-
taturus de domino præmittit Eſaias dicens.
Ó miſer ego & compuncto corde qui cum im-
munda labia habeam : in medio quoque po-
puli inhabitem immunda labia habentis .Vi-
di dominum Sabaoth · Ergo ſi Eſaias miſer
ſe dicit qui uidit dominum Sabaoth quid +
ego de me dicam qui immunda labia habēs
cogor de dei generatione tractare .~De his que
metuo Locuturus erumpo cum Dauid de hiſ
quæ ſciat ori ſuo cuſtodiam petat · Ó ſi mihi
quoque unum de Seraphin candentem illū
carbonem quem de altari diuino ſumpsit :
utriuſque forcipe deferens teſtamenti immū-
da adurat Labia aut quia tunc Seraphin de-
ſcendit in figuram ad prophetam · Tu autē
domine reuelato myſterio ad nos in carne +
ueniſti : non per Legatum neque per nuncīv:
ſed ipse per te ab occultis meis conſcientiæ
meam mundes : ut & ego quoque dudum

immundus sed iam per tuam misericordiam
fide mundus illud dauiticum canam dics.
Psallam tibi in cithara deus israhel. Gaude-
bunt labia mea cum cantauero tibi. & aia
mea quam redemisti. Itaque domine calū-
niatores tuos & hostes relinquens conferte
ad nos & sanctifica aures principis Gratiā
omniumque prætered quorum immanibus
hic libellus uenerit uacuas mihi præsta nec
ubi audite perfidiæ sordes resideant. Emun-
da ergo emunda autem non fontanis poculis
nec fluuiali haustu nec susurri præter meantis
friuolis sed sermonibus ad uicem aquarum ope-
rantibus supra nitorem aquarum perspicuis
& omni purioribus uuæ. Illis utique sermo-
nibus quibus dixit: si fuerint peccata uestra +
sicut foenicium ut niuem dealbabo. Est etiā
poculum quo secreta mentis mundare consue-
sti. poculum non naturæ ueteris nec ex uite
sollemni sed poculum nouum de cælo delatum
in terra expressum ex illo botrione peregrino
qui sicut uua de uite ita ille in carne crucis
pependit è ligno. Ex hoc ergo botrione est

uinum quod Lætificat cor hominis sobrietatem inebriat crapulam fidei & ueræ religiõis exaltat crapulam castitatis infundit. Hoc igit̃ uino domine deus meus domine aures auguſti mentis emunda ut ſicut uino naturali homines inebriati quietem diligunt timorem mõtis expellunt. Iniurias non ſentiunt aliena non quærunt ſuorum obliuiſcuntur. Ita etiã uino tuo crapulatus pacem diligat: & fidei exultatione ſecurus mortem infidelitatis ignoret. patientiam caritatis exhibeat ſacrilegia aliena non teneat fidem etiam pignoribus ſuis proferat ſecundum quod ſcriptum ẽ. Relinque omnia tua & ueni ſequere me. Hoc uino domine ihesu ſensus etiam noſtros dilue ut te adoremus te colamus canamus uiſibilium & inuiſibilium creatorem. Non potes ergo inuiſibilis aut bonus non esse quae etiam tuis operibus contuliſti.

ATIS VT ARBITROR LIBRO
SVPERIORE SANCTE IMPe-
rator edoctum est sempiternū
esse dei filium non dissimilem
patri genitum non creatum. De-
um quoque uerum dei filium
scripturarum lectionibus approbauimus et
aptis maiestatis suæ indiciis designatum. Itaq;
quanuis ista ad fidem copiose redundantia
sint quod ad fontis meatu magnitudo plærūq;
decurrentis fluminis æstimatur tamen quo
purius niteat fides tripertita uidetur deriuā-
da distinctio. Sunt. H. euidentia indicia quæ
proprietatem deitatis ostendant. Sunt quae
similitudinem patris & filij. Sunt etiam quę
perspicuam diuinæ maiestatis exprimant
unitatem. Proprietates itaque sunt generatio
dei filius uerbum similitudinis splendor cara-
cter speculum. imago unitatis æternæ. sapi-
entia. uirtus. ueritas uita. Hæc indicia dei
ita filium signant ut ex his & sempiternum
patrem esse cognoscas nec ab eo filium discre-
pantem ex eo. H. qui est generatio. Ex sēpitno

deus · ex patre filius · ex deo uerbum splendor gloriæ caracter substantiæ speculum dei maiestatis imago bonitatis · De sapiente sapiētia de fonte uirtus de uerbo ueritas · de uiuente uita · Concordant igitur patris & filii indicia quibus non discordare inter se sed uniuus maiestatis esse nemo dubitauerit · Quorum singulorum proferemus exempla nominum nisi eo artandi sermonis studio teneremur · Itaque principium fidei nostræ est scire quod genitus est dei filius · Si genitus non est nec filius est · Nec satis est dixisse filium nisi & unigenitum filium designaueris · Si creatura est deus non est · si deus non est nec uita est · Si non est uita · nec ueritas est · Ergo tria illa idest generatio filius unigenitus principaliter & proprie indicant ex deo filium · Tria sequentia idest deus uita ueritas uirtutem eius manifestant quia condidit & fecit subsistere creaturam · In ipso · u · uiuimus & sumus & mouemur · Sicut ait Paulus · & ideo in illis tribus proprietas filii · In istis aliis paternæ ac filiī operationis unitas declaratur · Imago quoque & splendor & caracter dicitur

dei filius · quia hæc incomprehensibilem et ī-
uestigabilem paternæ diuinitatem maiestatis
in filio expressam similitudinem reuelarunt.
Hæc quoque tria uidimus ad similitudinem
pertinere. Reliquum est uirtus sapientia iusti-
cia ut his singulis operationis æternitas proba-
retur. Definitiones autem istæ sunt quæ non
queunt solui. Si ex nihilo ē non est filius. Si
creatura est non est creator. Si factura ē nō est
omnium factor. Si discens non præcognitor. Si
accipiens non perfectus. Si proficiens non est
deus. Si dissimilis non imago. Si per gratiā nō
per naturam. Si bonitatis expers auctor ma-
liciæ. Nemo. u. bonus nisi unus deus. Stupeo
itaque ad reliqua. & toto corpore animóque
deficio esse aliquos homines uel puriusque non
homines sed humana adopertos specie intus de-
mentiæ bestialis qui post tanta domini & tam
diuina beneficia bonum negent ipsum auctorē
bonorum. Scriptum ē inquiunt. Nemo bonus
nisi unus deus. Scriptum agnosco. Sed littera
errorem non habet. Vtinam Arriana interpre-
tatio non haberet apices sine crimine sunt #

sensus in crimine. Dictum domini salutaris ag̃-
sco. Sed consyderemus quando dicat cui dicat qua
circunspectione dicat. Dicit utique in hominis for-
ma dei filius & dicit scribe ei scilicet qui magistr̃
bonum dei filium nominaret Deum negaret.
Quod ille non credidit. Christus adiungit ut dī
filium non ut bonum magistrum sed ut bonū
deum credat. Nam si ubi unus deus dicitur ne-
quaquam tamen dei filius à diuinitatis pleni-
tudine separatur. Quomodo ubi unus deus bo-
nus nuncupatur à plenitudine diuinæ boni-
tatis unigenitus excludr. Necesse est igitur
aut deum negent dei filium aut deum bonum
esse fateantur. Et ideo circunspectione cælesti +
non dixit nemo bonus nisi unus pater. Sed ne-
mo bonus nisi unus deus. Pater. ii. proprium
& generantis ē nomen. Deus autem unus
nequaquā deitatem trinitatis excludit. Et ideo
natura laudatur. Bonitas ergo in natura est
dei & in natura dei etiam dei filius. Et ideo nō
quod singularitatis sed quod unitatis est prædi-
catur. Non igitur à domino bonitas negatur
sed talis discipulus refutatur. Nam cū scriptura

dixisset. Magister bone. Respondit dominus. qd
me dicis bonum: deest quem deum non credis:
Non est satis ut bonum dicam. Non tales ego que-
ro discipulos qui me magis secundum hominem
magistrum bonum quam secundum diuinitate
deum bonum credant. Sed nolo prærogatiua na-
turae suæ utatur. Non dicat bonus si no mere-
tur à nobis si hoc non meretur operibus si benefi-
ciis non meretur. Abdiceretur suæ iure naturæ
subdatur nostro iudicio qui iudicaturus de nobis
e. Hiccine hiccine non bonus: Ergo non bo
qui bona tribuit mihi: Qui cum sexcenta milia
populi iudæorum persecutoribus suis cederent
debiscentem subito Rubri maris æstu in diuidua
aquarum mole diuisit: ut fideles circunfusa u-
da muniret. Infidos refusa demergeret: Hiccine
non bonus cuius imperio maria solidata fugien-
tibus saxa sunt humefacta sitientibus, ut opus
ueri agnosceretur auctoris cum humor rigesce-
ret petra inundaret: Quod ut agnosceret opus
christi. Apostolus dixit. Petra autem erat chri-
stus. Hiccine non bonus qui tam innumera po-
puli milia nequa incesserer fames i deserto

pauit pane caelesti sine usu laboris cum fructu
quietis. Ita ut eorum per quadraginta dies anos
nec uestimenta ueterascerent nec calciamenta te-
rerentur. Instar fidelibus futurae resurrectionis
ostendens. Quod nec factorum decora splendido-
rum nec circumfusae uirtutis nitor nec uitae
cursus perirer humanae.~ Hiccine non bonus q
nobis cœlum fecit esse quod terra est ut siour ī
cœlo quasi in sæculo quodam stellarum lucētiū
refulgent globi: ita etiam apostolorum & mar-
tyrum & sacerdotum uice stellarum splendentiū
um toto illucescerent chori mundo.~ Ergo non
solum bonus sed etiam pastor bonus hoc ē nō
sibi tantum sed etiam ouibus suis bonus. Boñ
.u. pastor animam suam ponit pro ouibus suis.
Posuit plane animam suam ut nostram leuaret.
Sed pro diuinitatis potestate posuit & sumpsit
Sicut scriptum ē. Potestatem habeo ponendi āiaz
meam & potestatem habeo sumendi eam. Nul-
lus eam tollit à me sed ego & ipse pono eam.
Vides bonitatem quia sponte posuit. Vides pote-
statem quia sumpsit. Et tu bonum negas cum
ipse de se in euangelio dixerit. Si ego bonus

oculus tuus quare nequam.~ Ingrate quid agis.~
bonum negas per quem bona speras. si tamen
credas.~ Bonum negas qui dedit nobis quod
oculus non uidit nec auris audiuit.~ Mihi ex-
pedit ut bonum credam. Bonum est. u. cōfidēr
in domino. Mihi expedit ut domino confitear.
Scriptum est. u. Confitemini domino quoniam
bonus. Mihi expedit ut iudicem meum bonū
arbitrer. Sed fortasse non credas aliis, nō cre-
das filio audi patrem dicentem. Eructauit cō
meum uerbum bonum. bonum ergo uerbum
est. Verbum hoc ē de quo scriptum ē. Et uerbū
erat apud deum & deus erat uerbum. Ergo si
uerbum bonum ē filius autem dei uerbum ē.
Bonus utique deus ē dei filius etiam si nō pla-
ceat Arrianis. Sed quid dubitamus. Credidit
iam ecclesia bonum & confessa dicendo ē. Oscu-
letur me ab osculo oris sui. Quoniam bona
ubera tua super uinum. Bonus ergo ille nos
legis & gratiæ nutrit uberibus celesti curas ho-
minum prædicatione demulcens: & nos bonū
negamus cum sit imago ueritatis exprimēs
æternæ in se bonitatis effigiem sicut & supra

ostendimus scriptum · quia ipse speculum sine macula & imago ueritatis illius ·/

SED quid uobis uidetur qui bonum & uerum deum dei filium denegatis · Cum scriptum + sit quod nullus deus nisi unus ·~ Nam & si sūt qui dicantur dii an inter eos christum annūtis · qui dicuntur & non sunt cum speciale sit eius ut semper sit / & preter ipsum bonus et uerus alius deus non sit · quoniam in ipso est deus · Speciale autem etiam patri sit ut post + ipsum uerus alius deus nō sit · quia unus dominus · Nec iuxta Sabellianos patrem filiūque confundens · nec iuxta arrianos patrem filiumque secernens · Pater · u · & filius distinctionē habent ut pater & filius · separationem diuinitatis non habent ·/

TAQVE cum uerus & bonus dei filius ergo patris & filii una est omnipotentia · Sed tam unus deus omnipotens quia unitatis est · Atq; ut scias Imperator Auguste christum esse q Locutus ē in prophetis in euangelio tanquam

in prædestinatione euangelii per Esaiam dicit·
Ipse qui loquebar adsum · Hoc est adsum in
euangelio qui loquebar in lege · Deinde alibi·
Omnia quæ pater habet mea sunt · Quæ sunt
omnia ? Non utique locutus est de creatis · +
hæc · u · facta per filium · Sed ea quæ pater ha-
bet idest æternitatem maiestatem diuinita-
tem quæ nascendo possidet · Ergo eum q̄ oīa
habet quæ pater habet · Scriptum est · u · Oīa
quæ pater habet mea sunt) omnipotentem
esse dubitare non possumus · Nec uereor ne
quia scriptum est de deo beatus & solus pot̄es
ab eo dei filius separetur · Cum scriptura dēv
solum potentem dixerit non solum patrem
& ipse de christo deus pater asserat per pro-
phetam · Posui adiutorium super potentem ·
Non ergo pater solus potens sed potens etiam
dei filius · In patre · u · laudatur & filius · Certe
ostendat aliquis quid sit quod non possit dī
filius · Quis ei adiutor cum cælum faceret fu-
it ? Quis adiutor cum conderet mundum ?
An qui in constitutione angelorum & domi-
nationum adiutore non eguit eguit ut

hominem liberarer.~ Scriptum est inquiunt.
Pater meus si possibile est transfer à me ca-
licem hunc. Et ideo si omnipotens est quomo
de possibilitate ābegit.~ Verba inquis chri-
sti sunt. Verum dicis. Sed quando & in qua
forma loquatur. aduerte. Hominis fragilita-
tem gerit. hominis assumpsit affectum.
Denique supra habes: quia progressus pu-
sillum procidit in faciem suam orans & dicēs.
Pater si possibile ē. Non ergo quasi deus sed
quasi homo loquitur. Deus. u. possibile aut
impossibile nesciebat.~ aut aliquid impossi-
bile deo.~ cum scriptum sit. Impossibile. u.
tibi nihil ē. De quo autem dubitat.~ de se
an de patre.~ De eo utique cui dicit. Trans-
fer. & dubitat hominis affectu. Ergo pro-
pheta non putat aliquid impossibile deo.
Propheta non dubitat & filium dubitare
tu credis.~ Num inter homines constituēs
deum & dubitat de patre deus & de mōte
formidat.~ Timet ergo christus. & cum Pe-
trus non timeat. christus timet. Petrus
dicit. animam meam pro te ponam.

Christus dicit anima mea turbatur. Vtrunque
uerum est & plenum utrunque rationis quod &
ille qui est inferior non timet & ille qui superiō
est gerit timentis affectum. Ille.n. quasi homo
uim mortis ignorat. Iste quasi deus in corpore
constitutus fragilitatem carnis exponit: ut eorū
qui sacramentum incarnationis abiurant, ex-
cluderetur impietas. Denique & hæc dixit: &
Manicheus non credidit. Valentinus negauit
Marcion fantasma iudicauit. Eousque autē
hominem quem ueritate corporis demonstrabat
æquabat affectu ut diceret. Sed tamen nō sicut
ego uolo sed sicut tu uis. Cum utique similit̄
sit christi uelle quod pater uult cuius similit̄
est facere quod pater facit. Quo loco etiam illa
uestra quæstio contexsit: quam soletis obiicere
quia dixit dominus. Non sicut ego uolo sed si-
cut tu uis. & alibi. Ad hoc descendi de cœlo nō
ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatē
eius qui me misit. Ergo ut quasi interposi-
tis plenioris ẽpotaonis paulisper induciis
cur dixerit si possibile ē uoluntatis interim
libere dominum fuisse doceamus. In tantus

processistis impietatis ut denegetis quod filius
dei liberæ uoluntatis sit. At certe soletis etiam
sancto spiritui derogare. Et negare non potestis
scriptum esse. Spiritus ubi uult spirat. Vbi
uult inquit: non ubi iubet. Ergo si spiritus
ubi uult spirat filius quod uult non agit. &
certe idem dei filius in euangelio suo dicit. Vbi
uelit aspirandi suppetere spiritui facultatem.
Numquid ergo superior esse fatetur quia illi
licet quod sibi non licet. Apostolus quoque dic.
Quia omnia operatur unus atque idem spūs
diuidens singulis prout uult inquit. Hoc ē
pro libere uoluntatis arbitrio non pro neces-
sitatis obsequio. Ergo diuidit spūs prout ut
filius dei non liberat quem uult. Sed audi
etiam ipsum agere quod uult. Dixit. n. ut
faciam uoluntatem tuam deus uolui. & alibi
Voluntarie sacrificabo tibi. Sciuit sanctus
apostolus Petrus. Ihesum in potestatem habē
quæ uellet. & ideo cum uideret ambulare
eum supra mare ait. Domine si tu es iube
me uenire ad te super aquam. Petrus credidit
quia si christus iubeat. naturæ possit cōditio

mutari: ut humanis se subiiciat unda uestigiis
& discrepantium naturarum possit conuenire
concordia. Petrus poscit ut iubeat non ut rogẽ
christus. Christus non rogauit sed iussit et fa-
ctum est. & Arrius contra dicit. ~ Quid est tam
quod pater uelit & filius nolit! aut filius uelit
& pater nolit. Pater quos uult uiuificat: & fi-
lius quos uult uiuificat. sicut scriptum est.
Dicit nunc quos uiuificauerit filius & pater
uiuificare noluerit. ~ Cum autem filius q̃s
uelit uiuificet & operatio una sit. unde qa
non solum filius uoluntatem patris sed etiã
pater filii faciat uoluntatem. Quid est enim
quod uiuificare nisi per filii passionem. ~
Passio autem christi uoluntas ẽ patris. Quos
ergo filius uiuificat per patris uiuificat uo-
luntatem. Vna igitur est uoluntas. Quae aũt
uoluntas patris nisi ut ueniret christus in
hunc mundum & nos mundaret à uitiis. ~
Audi Leprosum dicentem. Si uis potes me
mundare. Respondit christus. uolo. & statim
sanus factus ẽ. Vides filius suae arbiter uolũ-
tatis est. & christi uoluntas eadem q̃ patris ẽ

Quanquam aũ dixerit · Omnia quæ pater habet mea sunt · sine dubio quia nihil excæpit quam pater habet eandem habet & filius uoluntatem · Vna ergo uoluntas ubi una opatio · In deo · h · uoluntatis series operationis effectus ẽ · Sed dia uoluntas hominis · alia dei · Deniq; ut scias unam in uoluntate esse hominis quia mortem timemus passionem autem christi in uoluntate diuina ut pateretur pro nobis · cũ Petrus uellet dominum à passione ~~liberare~~ reuocare · dominus ait · Non sapis quæ dei sunt sed quæ sunt hominum · Suscepit ergo uoluntatem meam · Suscepit tristiciam meam · Confidenter nomino tristiciam quia crucem predico · Mea est uoluntas / quam suam dixit · Quia ut homo suscepit tristiciam meam · Vt homo locutus est · & ideo ait · Non sicut ego uolo sed sic tu uis · Mea est tristicia quam meo suscepit affectu · Nemo · n · morituros exultat · Mihi compatitur mihi tristis est · mihi dolet · Ergo pro me & in me doluit quia pro se nihil habuit quod doleret · Doles igitur domine ihesu non tua sz mea uulnera · non tuam mortem sed nostram

infirmitatem · Sicut aut Propheta · Quia pro nob
dolet · & nos domine æstimauimus te esse in
doloribus cum tu non pro te sed pro me dolere.
Sed quid mirum si pro omnibus doluit qui p
uno fleuit.~Quid mirum si moriturus pro oī-
bus tedeat · qui Lazarum resuscitaturus illa-
chrymat.~Verum & ibi piæ sororis Lachrymis
commouetur quia mentem humanam tange-
bant · & hic alto operatur affectu · Vt sicut mōs
eius mortem abstulit · Iuor eius ulcera nostra
sanauit · Ita etiam mærorem nostrum mæror
eius aboleret · Vt homo ergo dubitat. ut homo
turbatur · Non turbatur uirtus non turbatū
eius diuinitas · Sed turbatur anima turbatū
secundum humanæ fragilitatis assumptionē.
& ideo quia suscepit animam suscepit & ta
animæ passiones · Non · u · deus eo quod deus
erat aut turbari aut mori posset · Denique
deus · deus inquit meus quare me dereliqsti.~
Vt homo ergo Loquit meos circunferens metū
qui in periculis positi à deo deseri nos putam.
Vt homo turbatur ut homo flet ut homo cru-
cifigitur · Sic · u · apostolus Petrus ait christo

passo ſecundum carnem. Caro igitur ē ~~igitur~~
passa. diuinitaſ autem mortis libera. Passiōi
corpus naturæ humanæ lege concessit. An
uero mori diuinitas poteſt cum anima non
possit.~ Nolite inquit timere eos qui corpū
possunt occidere animam autem non pos-
sunt. Si ergo anima occidi non poteſt quo-
modo diuinitas poteſt.~

s Si ergo anima occidi non poteſt quomodo
diuinitaſ poteſt. Vnde illud quod Lectus
ē dominum maiestatis crucifixum esse
non quasi in maiestate sua crucifixum pu-
temus. Sed quia idem deus idem homo. p
diuinitatem deus. per susceptionem carnis
homo Ihesus christus dñs maiestatis dicitur +
crucifixus. quia consors utriusque nature
idest humanæ atque diuinæ in natura
hominis subiit passionem. ut indiscrete
& dominus maiestatis dicatur esse qui +
passus ē & filius hominis sicut scriptum
ē. qui descendit de celo. Per naturam +
igitur hominis: & dubitauit & tediauit.

& resurrexit.

& resurrexit · Quod · u · ceciderit hoc resurgę
Per naturam hominis dicat · Vado ad patrē
quia pater maior me est · Quomodo uadit ni-
si per mortem & uenit nisi per resurrectio-
nem ·˜ Neque · u · deus de loco ad locum tran-
sit qui ubique semper ē · Vt homo ē q ua-
dit ipse qui uenit · Denique & alibi dicat · +
Surgite eamus inquit · In eo ergo uadit et
uenit quod est commune nobiscum · Nam
quomodo potest minor esse deus cum deus
perfectus & plenus sit ·˜ Sed minor in nā
hominis · Si in hoc minorem dicas negare nō
possum · Sed ut uerbo utar scripturæ nō mi-
nor natus sed minoratus · hoc est minor fact⁹
ē · Quomodo autem minor factus ē : nisi qd
cum in forma dei esset non rapinam arbitra-
tus ē esse se æqualem deo · sed semetipsum
exinaniuit · non amittens utique qd erat
sed assumens quod non erat · quia serui for-
mam accepit · Denique ut ferremus per
susceptionem corporis minoratum de hōie
se Dauid prophetauit signauit dicens · Q d
est homo quod memor es eius aut filius

& resurrexit ·

hominis nisi quia uisitasti eum. Minorasti eū
paulo minus ab angelis. Non solum ergo à
patre sed etiam ab angelis minor filius dei fa-
ctus ē. Et si hoc ad præiudicium trahis. nū
ergo filius in natura dei minor ē quā sunt
angeli qui ei seruiunt & ministrant. Item
dum minorem uultis asserere impietatem in-
curritis ut angelorum naturam dei filio prae-
feratis. Sed non seruus supra dominum suum.
Denique & in carne constituto angeli minista-
bant ut nihil ei agnoscas per naturam corpo-
ris imminutum. Neque. u. deus sui pati po-
tuit detrimentum. Cum id quod assumpsit
ex Virgine. nec accessio diuinæ nec dimmi-
nutio potestatis sit. Non ergo secundum diui-
nitatem minor qui plenitudinem habet diui-
nitatis & gloriæ. Maior. u. & minor in his
quæ corporalia sunt distingui solent. aut sta-
tu maior. aut plenitudine. aut certe ætate.
Vacant ista. u. ubi de diuinis tractatus indu-
citur. Maior etiam nullo dicisolet qui aliqū
instituit: & informat. In dei autem sapien-
tia non cadit ut instituta sit alterius disciplinis.

cum ipsa disciplinarum omnium tradiderit
institutum · Quam bene autem posuit aptus
ut sine deo pro omnibus gustaret mortem·
ne diuinitatis illam passionem putemus
fuisse / sed carnis · Ergo si non inuenerunt +
quemadmodum possint probare maiorem:
non uerbis calumnientur sed uerborum ra-
tionem requirant · Ego illos interrogo quo pv-
tent patrem esse maiorem · Si quia pater est
eo maiorem putant sed non ætas & tempus
neque canities patris & filij puericia ē. Hæc
enim maiorem solent facere patrem · Cæterum
pater & filius generantis & nati nomina sūt:
quæ non uidentur separare sed iungere. Nō
·u· pietas naturæ detrimentum est. Nanque
homines sibi inuicem conciliat necessitudo: nō
separat. Itaque si nec de natura afferre possūt
aliquam quæstionem uel testimoniis credant.
Denique filium non esse eo minorem quia
filius est euangelista testatur.' & æqualem esse
quia filius est: ipse significat dicens · Propt̃ea
enim uolebant eum occidere iudæi quia nō
solum soluebat sabbatum sed & p̃res proprīv

dicebat deum. æqualem se faciens deo. Non
.u. scriptum est ex persona iudæorum dicen-
do propterea uolebamus eum occidere. Sed euā-
gelista ex sua persona dicit. Propterea. u. uole-
bant eum iudæi occidere. Et interpretatus est
causam. Ideo iudeos ad necem eius esse com-
motos quod cum & sabbatum quasi deus solue-
ret & deum patrem sibi proprium uendicaret
non solum in solutionem sabbati maiestatem
diuinæ potestatis sed etiam in patris proprii
nomine ius sibi æternæ æqualitatis assiscere&.
Quibus aptissime respondit dei filius, ut &
dei se filium & æqualem probaret. Quæcūq;
inquit pater fecerit eadem & filius facat sitr.
Filius igitur patri & dicat̃ & probatur æqualis.
Bona æqualitas quæ & differentiam diuinita-
tis excludit & cum filio patrem signat cui fi-
lius sit æqualis. Non est. u. diuersa nec singu-
laris æqualitas quia nemo æqualis ipse sibi
solus est. Ergo euangelista interpretatus ē qd
sit proprium filium dei se dicere hoc est æq̃lē
se facere deo. Vnde id secutus apostolus dixit
Non rapinam arbitratus est esse se æqualem
deo.

Quod·n· quis non habet rapere conatꝰ. Ergo nō
quasi rapinam habebat æqualitatem cum patre
quam in substantia sui tanquam deus & dominꝰ
possidebat· Vnde addidit formam serui accepit·
Contrarium utique seruus æquali· Aequalis
ergo in dei forma· minor in susceptione cānis
& hominis passione· Nam quomodo eadem pō-
set minor esse æqualisque natura· Quomodo
autem si minorē eadem similiter facit q̄ pater
facit· Nam quemadmodum eadem operatio
diuersæ esset operationis? Nunquid sic pōt
minor quemadmodum maior operari aut
una operatio potest esse ubi diuersa substan-
tia est· Itaque accipe christum secundum
diuinitatem minorem non posse dici· Ipse
loquitur ad habraham· per me ipsum iurauī·
Ostendit autem apostolus eum qui per se iurat
minorem esse non posse· Itaque sic ait ad Abra
hae cum repromisisset deus quoniam p nul-
lum alium maiorem habebat· iurauit p se
ipsum dicens· Nisi benedicendo benedixero te
& multiplicando multiplicauero· Ergo maiorē
non habuit christus: & ideo perse iurauit

& bene addidit. Homines .n. per maiorē iurāt
quia homines maiorem habent: deus nō habēt.
Aut si uolunt de patre dictum uideri reliqua
non cohęrent. Neque .n. pater uisus ē habrahæ
& deo patri pedes lauit: sed in eo futuri hom̄is
est figura. Denique dei filius dicit. habraham
diem meum uidit & gauisus est. Ipse ē ergo
qui per se iurauit quem habraham uidit. &
re uera quomodo maiorem habeṇt qui ī di-
uinitate cum patre est unum? Quod .n. +
unum ē dissimile non ē. Inter maiorem aūt
minoremque discretio ē. Ergo de filio & patre
præsentis docet lectionis exemplum: quia +
nec pater minorem habet nec maiorem dei
filius. Cum in patre & filio nulla distantia di-
uinitatis sit, sed una maiestas. Nec illud sanè
metuo quod solent obtendere minorem esse
quia missus ē. Si .n. & minor non docetur
& honorificentiæ docetur æqualitas. Cum ita
omnes honorificent filium sicut honorificant
patrem. Constat & minorem non esse quod
missus ē. Non ergo humani sermonis angu-
stias sed uerborum caritatem intuere: opib;

crede. Consydera quid dominus noster ihesus
christus in Esaia locutus ē à spiritu sancto ēe
se missum. Nunquid ergo spiritu minor filius
quia missus ē à spiritu. Habes igitur scriptum:
quod filius à patre & spiritu eius dicat se esse
missum. Ego sum inquit primus: & ego in æ-
ternum & manus mea fundauit terram dexte-
ra mea solidauit cælum. & infra. Ego locut⁹
sum. ego uocaui ego adduxi eum. & prospe-
iter eius feci. Accedite ad me & audite hæc. Nō
in occulto ab initio locutus sum cum fierent illic
eram & nunc dominus misit me & spiritus
eius. Vtique qui fecit celum & terram. Ipse dic
à domino & spiritu esse se missum. Videtis
ergo quod simplicitas sermonis non iniuria
missionis sit. Ipse igitur missus à patre ipse
est missus à spiritu. & ut cognoscas nullam
esse maiestatis distantiam etiam filius spiritū
mittit. Sicut ipse dixit. Cum uenerit autem
paraclytus quem ego mittam uobis à patre mo
spiritus ueritatis qui à patre meo procedit.
Hunc eundem paraclytum & à patre esse mit-
tendum supra docuit dicens. Paraclytus aut

ille spiritus sanctus quem mittet pater in nomīe.
Vide unitatem quia quem pater deus mittit &
filius. & quem mittit pater mittit & spiritus.
Aut si nolunt filium missum quia dexteram pa-
tris filium legimus ipsi de patre quod de filio
abnuunt fatebuntur. Nisi forte aut alteram si-
bi patrem aut alterum sibi filium inueniant ar-
riani. Sileant igitur inanes de sermonibus gsti
ones quia regnum dei sicut scriptum ē. nō in
persuasione uerbi ē sed in ostensione uirtutis.
Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis.
Vnus in utraque loquit̄ dei filius quia in eodē
utraque natura ē. Et si idem loquitur non
uno semper loquit̄ modo. Intende in eo nunc
gloriam nunc hominis passionem quia quasi
deus loquitur quæ sunt diuina quia uerbum
est quasi homo dicit quæ sunt humana quia
inea substantia loquebatur. Hic est panis ui-
uus qui descendit de cælo. Panis hic caro est
sicut ipse dixit. Hic panis quem ego dabo caro
mea est. Hic est qui descendit de cælo. hic est
quem pater sanctificauit & misit in hunc mū-
dum. Nec ipsa littera nos docet sanctificatione

diuinitatem eguisse sed carnem. Denique ipse dominus dixit. Et ego me meipsum sanctifico pro ipsis. Vt agnoscas quod & sanctificatur in carne pro nobis & diuinitate sanctificat. Hic idē est quem pater misit sed factum ex muliere factum sub lege, ut apostolus dixit. Hic est qui ait. Spiritus domini super me propter quod + unxit me euangelizare pauperibus misit me. Hic est qui dicit. Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Siquis uoluerit uoluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrum ex deo est. an ego à me ipso loquar. Alia ergo ex deo doctrina alia ex homine. Itaque iudei cum doctrinam eius secundum hominem quererent ut dicerent. Quomodo hic litteras nouit cum non didicerit. Respondit ihesus et dixit. Mea doctrina non ē mea. Nam cum sine eruditione litteras doceat non quasi homo sed ut potè deus uidetur docere qui doctrinā non didicerit sed inuenerit. Adinuenit enim omnem uiam disciplinae ut supra lectum ē. Nam utique de filio dei dictum ē. Hic ē dns noster & non æstimabitur alius ad eum. qui

adinuenit omnem uiam disciplinæ. Post hæc
in terris usus ē & cum hominibus conuersat
est. Quomodo ergo secundum diuinitatem do-
ctrinam suam habet. qui adinuenit omnem
uiam disciplinæ & ante quam uideretur ī ter-
ris. ~ Aut quomodo minor de quo dictum est
Non æstimabitur alius ad eum. ~ Vtique ī com-
parabilis dicitur ad quem nemo alius æstimaī
potest. Sed ita incomparabilis dicitur ut paī
nequeat anteferri. Prosequamur sequentia.
Qui à semetipso inquit Loquitur gloriā suam
quærit. Vide unitatem quæ & patrem sigt
& filium. Non esse potest à semetipso quod
loquitur in quo naturaliter ex patre sunt +
omnia. Quid est autem gloriam suam quēīt. ~
Hoc est non diuisam à patre gloriam. Nam
utique & uerbum deus habet gloriam. De-
nique dicit. Vt uideant gloriam meam. Sed
illa uerbi gloria eadem patris gloria est: sic
scriptum ē. Dominus ihesus in gloria dei pa-
tris. Ita igitur secundum diuinitatem dei fi-
lius suam gloriam habeat ut patris & filii
una sit gloria. Non ergo minor ī claritate:

quia una gloria non minor in diuinitate qd
plenitudo diuinitatis in christo est. Et quomõ
inquit scriptum est. Pater uenit hora. clari-
fica filium tuum. Qui hoc dicit clarificatione
inquis indiget. Hucusque oculos habes quod
reliquum ẽ non legisti. Sequitur. u. Vt filius
clarificet te. Nunquid & pater indiget qui
clarificandus à filio ẽ. Pari modo hobedientiã
filij obiicere solent quia scriptum ẽ. & specie
inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum
factus hobediens usque ad mortem. Et ho-
minem præmisit & usque ad mortem dixit
ut intelligeremus hobedientiam mortis non
diuinitatis fuisse sed incarnationis. In qua &
officia nostra suscepit & nomina. Didicimꝰ
itaque unam esse potentiam trinitatis quã
nos in ipsa atque post ipsam docuit passio-
nem. Filius. u. patitur per corporis sacramen-
tum. Apostolis spiritus sanctus infunditur.
Pater quoque maxima uoce signatur. Didi-
camus unam patris & filii esse imaginem +
unam similitudinem unam sanctificationẽ.
Didicimus unam esse operationem unam.

gloriam unam quoque diuinitatem. Vnus
ergo & solus deus quia scriptum est. Dominū
deum tuum adorabis & illi soli seruies. Vnus
deus non ut ipse sit pater & filius. Sicut im-
pius sabellius asserit. sed quia patris & filii +
spiritusque sancti una diuinitas sit. Vbi una
diuinitas una uoluntas & una preceptio. De-
nique ut scias & patrem esse & filium esse. &
unum esse opus patris & filii esse. Apostolus
sequere qui dixit. Ipse autem deus pater et do-
minus noster ihesus dirigat uiam nostrā ad
uos. & patrem loquitur & filium loquitur. sed
unitas directionis est quia unitas potestatis
est. Sic & alibi habes. Ipse autem dominus
noster ihesus christus & deus & pater noster
qui & pater no dilexit nos & dedit consola-
tionem æternam & spem bonam in gratia cō-
soletur corda uestra & confirmet. Quantus
unitatem ostendit ut consolationis unitas
non pluralitas sit. Conticescat ergo pfidia.
Aut si ratione non uincitur morali humāni-
tate flectatur. Consyderemus quam moralitē
egerit dominus ut nos non solum fidem

ſed etiam mores doceret. Nanque in forma
hominis conſtitutus ſubditus erat Ioſeph &
mariæ. Hunquid ergo minor & hominibus
quia ſubditus. Aliud pietatis aliud poteſta-
tis eſt. Sed non præiudicat pietas poteſtati.
In eo ergo Legis ſubditum patri in corpore
ſcilicet inquo erat ſubditus matri. Agamus
& nos moraliter. Perſuadeamus illis qđ ſibi
profit. Obſecremus & ploremus ante dm̄
qui fecit nos. Non uincere uolumus ſed ſa-
nare. Non inſidioſe agimus ſed religioſe
monemus. Sæpe flectit humanitas quos
nec uirtus potuerit ſuperare nec ratio.
Denique dominus illum hominem qui ex
hieruſalem in hiericho deſcendens incidit
in latrones quem non aſperioribus legis +
medicamentis non prophetico rigore curaue-
rat oleo curauit & uino. Veniant ergo ad
hunc omnes qui ſanari uolunt. Accipiant
medicamentum quod à patre detulit et pre-
parauit incœlo ex illis confectum immortali-
bus ſuccis hoc ex terra non pullulat. Exps
eſt. n. omnis natura huius confectionis. +

Diuino · h· consilio suscepit hanc carnem
ut ostenderet legem carnis legi esse subie-
ctam mentis · Suscepit carnem ut homo ui-
ceret ut homines erudiret · Quid mihi pro-
desset si quasi deus excerpta potestate di-
uinitatem suam tantummodo inuiolabilez
demonstrasset · Aut cur susciperet carnem
nisi ut temptari se naturæque infirmitatis
meae condicione pateretur · Temptari debu-
it compati mihi debuit ut scirem quemad-
modum temptatus uincerem compassus
euaderem · Vicit per continentiam · Vicit p
contemptum diuiciarum · Vicit per fidem
calcauit ambitionem fugauit intemperatiã
Lasciuiam reliquit · Hoc medicamentum
Petrus uidit · & retis suæ instrumenta ui-
delicet quæstus & subsidia dereliquit · renũ-
cians carnis concupiscentiæ tanquam cor-
ruptæ nauí in qua sentina quædam mul-
tarum ingreditur passionum · Magnum
ergo medicamentum quod non solum cicat-
cem uetusti uulneris ampitauit sed etiaz
causam passionis incidit · O fides thesauris

omnibus opulentior uulnerum nostrorum
peccatorumq̃ue medicina præstantior. con-
syderemus quia nobis prodest bene credere.
Mihi. u. prodest scire quia propter me chri-
stus suscepit meas infirmitates mei corpo-
ris subiit passiones pro me peccatum hoc
est pro omni homine pro me maledictum fa-
ctus est pro me atque in me subditus atque
subiectus pro me agnus pro me uitis p me
Lapis pro me seruus pro me filius ancillae
pro me diem iudicii ignorans. pro me ne-
scaens diem neque horam. Nam quomodo
posset diem nescire qui dies fecit & tempora.
Quomodo posset diem ignorare iudicii q
& horam iudicii futuris expressit & causam.
Factus est ergo maledictum non secundum
diuinitatem sed secundum carnem. Scriptū
est. u. maledictus omnis qui pependit ī lig̃o
secundum carnem utique pependit & ideo
maledictum qui nostra maledicta suscepit.
Ille fleuit ne tu homo diu fleres. Ille iniu-
rias passus est. ne tu iniuriam tuam doleꝰ.
Grande remedium solatium habere de xp̃o.

Ille hæc pro nobis patienter tulit. & sumus q
patienter hæc pro illius nomine ferre nequea-
mus. Quis appetitus non discas ignoscere qui-
do p persecutoribus suis christus & cruafixus
orabat. Vides ne illas quas tu putas christi infir-
mitates tuas esse uirtutes. Cur de remediis no-
stris ei quæstionem mouemus. Lachrymæ illius
nos lauant. fletus illi nos abluunt. At dubita-
tio illa nos firmat ne tu si coeperis dubitare du-
bitare desperes. Quanto maior est iniuria tan-
to uberior debetur gratia. Sed in ipsis iniuriis
cognosce diuinitatem. In cruce pendebat. et
elementa ei omnia seruiebant. Sol refugit di-
es occidit offusæ & circumfusæ tenebræ. Terra
tremuit. Non tremuit qui pependit. Quid ali-
ud hæc quam auctoris reuerentiam signant.
Quia in cruce est uides quia regnum dei dona
non uides. Quia mortem gustauit. legis qa
latronem quoque ad paradisum inuitauit no
legis. Mulieres flentes intueris ante tumulu
non intueris angelos excubantes ad sepulchru.
Quid dixerit legis. Dicis chananeæ mulieri
dixisse dominum non sum missus nisi ad

oues: quæ

ones quæ perierunt domus israhel non dicas q̊-
niam id quod ab ea rogatus est fecit. Vnde in-
telligere te conuenit: quia missus non id signi-
ficat quod alieno sit coactus imperio sed quod
uoluntario functus sit arbitratu. Alioquin cō-
temptum ostendis patris. Si. u. ut tu interpreta-
ris paternorum famulus p̄ceptorū ueneratˢ iniudeam ut
solis eius incolis mederetur & Chananee pus
filiam ut legimus liberauit non utique alieni
fuit executor imperii sed uoluntarii liber arbi-
trii. Vbi autem libertas uoluntatis ibi nulla
prœuaricatio missionis. Omnia lege omnia
diligenter inuestiga aduerte. Inuenies sic demō-
strasse se christum ut deus in homine cernēt.
Nec maliciose accipias de patre filium glorian-
tem cum audias patrem in filio complacentem.
Sed si moralibus flecti non queunt prouocem
ad iudicem. Ad quem tandem ibimus. Nēpe
ad eum qui iudicium habet. Nunquid ad prēz.
Sed pater non iudicat quenquam. Omne. u.
iudicium dedit filio dedit utique generando nō
largiendo. Vide quam te noluerit suo filio de-
rogare ut tibi ipsum iudicem daret. Videamus

ergo ante iudicium qui causam meliorem habeat ego an tu · Nempe prudentis actoris ē: pul conciliare sibi iudicem · Hominem honoras · deum non honoras · Cui ergo magis conciliatur cognitor · honorificanti an iniurianti · Pone me peccasse quod non ē · Num offenditur honore suo christus · Peccamus omnes · Quis ergo veniam promerebitur · Qui defert honorificētiam an qui irrogat iniuriam · Aut si te ratio non mouet · Spes saltem iudicii ipsa commoueat · Attolle oculos ad iudicem tuos · intuere qui sedeat cumquo sedeat ubi sedeat · Sedet christus ad dexteram patris aut si hoc oculis non potes comprehendere audi dicentem prophetam · Dixit dominus domino meo sede ad dexteram meam · Sedet ergo ad dexteram prīs filius · Dic nunc qui de secularibus arbitraris æstimanda esse diuina num tibi uidetur īferior qui ad dexteram sedet · Num iniuriā prīs quia ad sinistram sedet · Pater honorat et tu iniuriam putas · Paterna mult pietas idesse pietatis exemplum & tu putas præceptionis imperium · De morte surrexit & ad dī dextaz

ſeder· Sed dixit inquit pater accipe etiam ubi
non dicat pater & prædicat filiuſ· A modo uide-
bitis filium hominis ſedentem ad dexteram uir-
tutis· Et hoc de aſſumptione corporis dicit· hu-
ic dicit ſede ad dexteram meam· Nam ſi de æt-
na ſede diuinitatis inquiris· interrogatuſ à pi-
lato ſi ipse esset rex iudæorum· ait· In hoc ſuꝫ
natus· Vnde & Paulus monet hoc esse nobis +
utile ſi chriſtum non ex præcepto neque ex gra
ſed quaſi dilectiſſimum filium ad dexteram dei
ſedere credamuſ· Sic· u· habes· Quæ ſurſum ſũt
quærite ubi chriſtuſ eſt ad dexteram dei ſedẽs
quæ ſurſum ſunt ſapite· hoc eſt ſuperiora ſape
credere quia chriſtus ut ſedeat: non quaſi iuſ-
ſus obſequitur ſed quaſi filiuſ dilectiſſimuſ hono-
ratur· Propter rationem ergo corporis dicit· Sede
ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuõ
ſcabellum pedum tuorum· Quod ſi & hoc ad ca-
lumniam ~~trh~~ trahis quia pater dicit ponam ĩ-
imicos tuos etiam patex trahit ad filium quos filꝰ
ſuſciter atque uiuificet· Nemo· u· inquit poteſt
uenire ad me niſi pater qui miſit me attraxe-
rit eum· & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die·

& tu filium dei pro infirmitate ēsse subiectum dī
cis. cui pater trahit quos ille in nouissimo die fu-
fcatet ~ Hæccine tibi uidetur esse subiectio in qua
regnum patri paratur cum pater ad filium traha
& calumniæ locus non sit cum patri regnum filī
tradat ~ Hæc. u. documenta pietatis sunt quod &
pater filio & filius patri tradit. Ita. u. sibi tradūt
ut neque ille qui accipit quasi alienum acqui-
rat nec qui tradit amittat. Ad dexteram quoq;
sedere nulla prælatio ē nec ad sinistram iniuīa.
Diuinitas. u. gradum nescit nec loco aliquo circū-
scribitur nec temporibus definitur. Angustis. u.
animis homines ista pensamus. Nulla differentia
caritatis nullum discrimen est unitatis. Sed cur
longius euagamur ~ Circumspectasti omnia. ui-
disti iudicem aduersti angelos prædicantes. Illi
laudant & tu uituperas ~ Dominationes et pote-
states ueneramtur. & tu calumniāris ~ Adorant
omnes sancti eius non adorat dei filius nō ado-
rat spiritus sanctus. Seraphin dicunt. Sanctus
sanctus sanctus. Quid sibi uult sub uno nōie
sanctitatis trina repetitio ~ Si trina repetitio cur
una laudatio. Si una laudatio cur trina repetitio ~

nisi quia pater & filius & spiritus sanctus unum
sunt. Non dixit semel, ne filium sequestraret.
non bis ne spiritum præteriret. non quater ne
creaturis coniungeret & ut ostenderet trinita-
tis unam esse deitatem: cum tertio dixisset sā-
ctus sanctus sanctus. addidit singulariter do-
minus sabaoth. Sanctus igitur pater est. filiꝰ
sanctus & dei spiritus sanctus. Adoratur igitū
trinitas non adorat Laudatur trinitas rīo lau-
dat. Ego malo sicut Seraphin credere & sicut
omnes potestates uirtutesque cœlestes adorare.
Igitur prosecutionem tuam uideamus quēad-
modum concilies tibi iudicem. Dices sane dicē
inquam. Ego te christe puto esse dissimilem
patri. Respondebit & ille. Discerne si potes. di
scerne inquam. quo putes esse dissimilem. Dic
aliud. Creaturamque te arbitror. Respondebit
& christus. Si duorum hominum testimonium
uerum est. si non mihi uel patri saltem credere
debuisti qui genitum nominauit. bonum nego.
dicer & ille. fiat & tibi secundum fidem tuam
ut tibi bonus non sim. Omnipotentem nō ar-
bitror. Respondebit & ipse. Non possū ergo

tibi tua peccata donare. Subiectum dico. Referet ad hoc. Quare igitur libertatem ac ueniam petis quem putas pro seruitio esse subiectum? Video. ut hærere prosecutionem tuā. Non urgeo. quia peccatorum meorum ipse sū conscius. Non inuideo ueniam: quia ipse opto indulgentiam. Votum tuum scire desydero alligata apud iudicem desyderia tua. Non prodo crimina seriem tuorum expecto uotorum. Dic ea quæ in communi uoto sunt. dic inquā. Domine fac me ad imaginem dei. Respondebit & ille. ad quam imaginem? quam negasti? Dic. Fac me incorruptibilem facere possum quem tu creaturam dicendo: capacem cōruptibilitatis esse uoluisti? Mortui resurgēt incorrupti: & corruptibilem dicis: quem deū cernis? Dic? Bonus esto mihi. dicet. quid postulas. quod negasti? Ego te bonum uolui. Ego dixi estote sancti quoniam ego sanctus sum. & tu id mihi negare contendis? et tu expectas ueniam peccatorum? Sed nemo potest donare peccatum nisi solus deus. Itaq; cum uerus & solus tibi deus non sim: non

possum utique tibi tua peccata donare. Hęc
Arrianus dicat & Fotinianus. Nego te ĩqt
deum. Respondebit ei dominus. Dixit insi-
piens in corde suo non est deus. De quo di-
ctus putas. De Judæo uel gentili an de dia-
bolo? De quo uis dictum sit Fotiniane tol-
lerabilior est ille qui tacuit. Tu uero & uoce
ausus es dicere ut insipiente insipientior p-
bareris. Ergo negas inquit dominum. Cũ
ergo dixerim dii estis & filii excelsi omnes
& tu deum negas cuius opera diuina circũ-
spicis. Dicat & Sabellianus. Ego teipsum
patrem & filium & spiritum sanctum arbi-
tror. Respondebit & dominus. Non audis
patrem? non audis filium. Nunquid hic
ulla confusio ẽ? Scriptura ipsa te nõ doc&
patrem esse qui detulit iudicium filium ẽe
qui iudicat. Non audisti me dicentem solũ
non sum sed ego & qui misit me pater. Di-
cat & Manicheus. Ego auctorem carnis no-
strę diabolum credo. Respondebit ergo ei.
Quid facis in cælestibus? unde ad auctorẽ
tuum. Ego eos uolo esse mecum q̃s dedit

mihi pater. Tu te à diabolo Manichee creatu3
arbitraris? ad illuſ ergo feſtina ſedem ubi ig9
& ſulphur ē. Vbi non reſtinguitur eiuſ incen-
dium ne unquam poena moriat. Omitto alia
hæreticorum portenta non nomina qui dicūt
qui dies erit iudicii? quæ erit forma ſenten-
tiæ? Reſpondebit his omnibuſ & ille mora-
liter populeme uſ quid feci tibi? aut quid cō-
triſtaui te? nonne ex ægypto eduxi te? & ex
domo ſeruitutis liberaui te? Sed parum eſt
ex ægypto liberaſſe: ex domo ſeruitutis eri-
puiſſe. plus eſt meipſum dediſſe pro uobiſ.
Dicet ergo. nonne ueſtras omneſ ſuſcepi iniuri-
as. nonne corpuſ meum pro uobis obtuli? nō
ne mortem appetiui quod non erat diuinita-
tis meæ ſed ueſtræ redemptionis? Hæccine re-
feruntur gratiæ? hoc proficit ſanguis meus?
ſicut in propheta ipſe iam dixi. Quæ utilitas
in ſanguine meo quia deſcendi in corruptionem?
Hoc ergo proficit ut me impie negaretis pro q̄-
bus iſta ſuſtinui. Ego uero tunc domine ihu
& ſi grauium peccatorum mihi ipſe ſum cōſci?
dicam tamen: non te negaui. Habes quod ig9ſcā

fragilitati carnis · Delictum fateor peccatū non abnuo · Si uis potes me saluare · Quid hoc qui dixit & meruit · Ne quæso in iudicium intres cum seruo tuo · non quæro ut iudices sed ut ignoscas ·/

h AEC ego Imperator Auguste carptim et breuiter impolita magis proposui quā enodata digessi · Quod si qui Arriani consumata arbitrantur egō nix fateor incohata · Si qua adhuc superesse opinantur. ego prope omīa. Infidelibus · u · totum deest · abundat fidelibus · Denique una confessio Petri abundant ad fidem christo · Tu es christus filius dei uiui · Satis est · u · generationem scire diuinam non diuisam non demutatam non deriuatam non creatam · Hoc etiam totis scripturarum exponitur libris nec adhuc ab impijs creditū · & quid mirum si humanis uocabus credī nolunt infideles qui non credunt diuinis · Filius dicebat sicut habes in euangelio · Patē clarifica filium nom tuum · Vox patris audita de cælo dicentis est · Clarificaui & iterum clarificabo · Infideles hæc audiebant & nō credebāt ·

Dicebat filius · Respondebat pater. Et dicebāt iudaei · Tonitruum factum est illi · Alii dicebāt angelus ei locutus est · Paulus quoque sicut scriptum est in actibus apostolorum cum uoce christi uocaretur ad gratiam: pluresque comites pariter incederent solus uocem christi audisse se dixit · Adeo Sancte Imperator qui credit audit · qui non credit non audit · Sed nec uult + nec potest audire ne credat · Atque utinam quod in me est audire uellent ut crederent · audire cum bona charitate & mansuetudine ut uerum quęrentes non ueritatem impugnantes · Neque uero te Imperator plurimus tenere debeo bello intentum & uictricia de barbaris trophea meditantem · Progredere plane scuto fidei septus: & gladium spiritus habens · progredere ad uictoriam superioribus promissam temporibus & diuinis oraculis prophetatam · Nanque & futuram nostri depopulationem & bella gothorum Ezechiel illo iam tempore prophetauit · Sic · u · habes · Propter hoc prophetiza fili hominis · & dic gog · hæc dicit dominus · Nonne in die illa cum constituetur habitare popls

meus israhel in pace. surges & uenies de loco tuo
ab extremo aquilone & gentes tecum multae.
sessores equorum omnes. congregatio multa
& magna & uirtus copiosa & ascendet ad po-
pulum meum Israhel ut nubes operire terã
in nouissimis diebus & cætera. Gog. iste gothũ
est quem iam uidimus exisse de quo promit-
titur nobis futura uictoria dicente domino. &
deprædabuntur eos qui deprædati eos fuerant.
& spoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt +
dicit dominus. Erítque in die illa dabo gog.
hoc est gothos in locum nominatum monu-
mentum in israhel multorum uirorum cõge-
stum qui supervenerunt admare & per circui-
tum strauit eos uallis. & obruet illic gog. et to-
tam multitudinem eius & uocabitur gepolian-
drum gog. & obruet eos domus israhel ut pũ-
getur terra in septem menses. Nec ambigu-
um sancte Imperator quod qui perfidiæ alie-
næ poenam excepimus fidei catholicæ in te +
uigentis habituri simus auxilium. Euidens. u-
ante hæc diuinæ indignationis causa præcessit.
ut ibi primo fides romano Imperio frangeret.

ubi fracta est deo. Sed iam satis superque omnipotens deus. nostro exitio nostroque sanguine confessorum neces exilia sacerdotum. & nefãs tantæ impietatis eluimus. Satis claruit eos q̃ uiolauerĩt fidem tutos esse non posse. Conuerte domine fideique tuæ attolle uexilla. Non hic aquilæ militares neque uiolatus auium exercitus ducunt: Sed tuum domine iesu nomen & cultus. Non hic infidelis aliqua natio sed ea quæ confessores mittere solet Italia. Italia aliquando temptata, muta nũq̃ quam dudum ab hoste barbaro defendisti nec etiam uindicasti. Non hic in Imperatore fides mensque lubrica sed fides fixa. Ostẽde nunc euidens tuæ maiestatis indicium. ut is qui te uerum uirtutum dominum et cœlestis miliciæ ducem: is qui te ueram dei uirtutem credidit esse & sapientiam. non temporalem nec creatum sed sempiternum sicut scriptum est: dei uirtutem & diuinitatem tuæ maiestatis fultus auxilio. fidei + suae trophæa mereatur.

VIA Altissimus dei filius

q uia solus altissimus dominus.

c um deum scriptura dicit sine adie-

ctione patris & filii interdum filiū designauit.

q uia secundum carnem factus esse dei filius

legitur non secundum diuinam generationem.

p ost me uenit uir qui ante me factus est.

d ominus creauit me secundum carnem di-

ctum.

d e uno eodemque patris & filii regno.

d e unitate maiestatis quod unius sit filiꝰ

cum patre substantiae.

VONIAM CLAEM̄
TISSIME IMPERA-
TOR INSTRVENDI
TVI GRATIA ALIQV̂
DE FIDE MIHI SCRI-
BENDA MANDAVE-
ras. Et uerecundantem
coram etiam ipse fueraſ adhortatuſ. Ideo
quasi in procinctu poſitus: duos tantum
conſcripsi libellos, quibuſ quaſdam fidei &
ſemitas demonſtrarem. Sed quoniam mēs
prauа quorundam ſerendis intenta quae-
ſtionibuſ ſtilo lacessit uberiore tuæ quoq;
pia me cura clæmentiæ ad cætera uocat.
Volens in pluribuſ experiri quem in pau-
cis probaſti ea quę præſtripta ſuperiuſ ſūt
placuit paulo latiuſ exequi ne ea quaſi ꝺ
diffidentia aſſertionis deſeruiſſe potiuſq;
ſecuritatem fiduciæ propoſuiſſe uideam̄.
Cur ad diuinitatem quæ ſunt noſtra refe-
runtur. Corporis ē quod dominuſ factus
aſſeritur. Denique ſic habes. Mater ſion
dicit homo. & homo factus ē in ea: homo

inquit factus ē non deus factus ē qui de-
dit semetipsum redemptionem pro nobis &
hoc ad incarnationem pertinet · Redem -
ptio · u · nostra per sanguinem remissio per
potestatem uita per gratiam · Quasi altissi-
mus donat quasi homo precatur · Aliud +
creatoris aliud redemptoris ē · Distincta lic&
unius tamen auctoris beneficia sunt · De-
cuit · u · ut ille nos redimeret qui creauit ·
Quis autem neget christum esse altissi-
mum significatum · Nam qui aliter sentit
deo patri sacramentum incarnationis ascri-
bit · Sed hic dubitari non potest quod altis-
simus expressit sicut scriptum est · cognoscā
quoniam dominus nomen est tibi tu solus +
altissimus super omnem terram · Vnde ēt
illud explosum ē quod solent ad calumniaz
deriuare quia de deo scriptum ē qui solus +
habet immortalitatem & lucem habitat inac-
cessibilem · De deo · u · scriptum est quod est
commune nomen & patri & filio · Nam si ubi-
cunque deum legunt negant etiam filium
designari & impii sunt diuinitatis potentiaz

filio denegando & incarnatum patrem sabel-
liana impietate astruere uidebuntur. Dicāt
.u. quomodo illud non impie de patre intelli-
gere possint: quod apostolus ait. In quo et
consurrexistis per fidem operationis dei qui
suscitauit illum à mortuis. Et aduertant de
sequentibus quid incurrant. Sequitur. u. &
cum mortui essetis delictis & præputio carnis
uestræ. Viuificauit nos cum illo. donans no-
bis omnia delicta, delens quod aduersum nō
erat chyrographum decreti: quod erat contra-
rium nobis. & ipsum tulit de medio affigens +
illud cruci exuens se carnem. Ergo si solus
deus intelligendus est qui suscitauit carnem:
& non etiam filius. cuius templum resuscitatū
ē qui suscitauit utique & uiuificauit et de-
licta donauit & chyrographum tulit. Qui
chirographum tulit affixit illud cruci. Qui
affixit cruci, carnem se exuit. Sed patē nō
exuit carnem. Non .u. pater caro factus est
sed uerbum. (sicut legimus) caro factum ē.
Videtis .u. quod arriani dum separant à prē
filium in id periculum incidant ut patrem

passū ss
ee

passum esse commemorent. Nos autem fa-
cale docemus de filii dictum operatione. Naz
& ipse corpus suum resuscitauit sicut dixit.
Soluite hoc templum & in triduam resuscita-
bo illud & ipse uiuificauit nos cum suo cor-
pore. Sicut. u. pater suscitauit & uiuificauit
mortuos sic & filius quos uult uiuificat. & ip̄e
delicta donauit dicens. Dimissa sunt tibi pecca-
ta tua & ipse chirographum affixit cruci q
crucifixus est per corporis passionem. Nec aliu
carne se exuit nisi dei filius qui carne se in-
duit. Ipse. u. significatur deus qui opus nostre
resurrectionis operatus est. Ergo cum Legis +
deum non separes patrem non separes filium
quia deitas & patris & filii una eademque
est. Et ideo nec ibi separes ubi Legis quia be-
atus & solus potens. De deo. u. dictum ē sicut
habes præcipio coram deo qui uiuificat omia
sed etiam christus uiuificat. Conuenit ergo pa-
tri & filio dei nomen quando conuenit operā-
tionis effectus. Persequamur cætera. Præcipio
inquit coram deo qui uiuificat omnia &
christo ihesu in deo. Hic etiam uerbum ē.

ſicut ſcriptum eſt. In deo laudabo uerbum. In deo ſempiterna ſua virtus eſt. In deo igitur unitatem diuinitatis. In chriſti autem nomine incarnationis teſtificatus eſt ſacramentum. Denique ut de incarnatione chriſti ſe dixiſſe oſtenderet ibi ſubdidit. Qui teſtimonium reddidit ſub pontio Pilato bonam confeſſionem: ut ſerues mandatum ſine macula uſque ī aduentum domini noſtri ihesu chriſti quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potēs & rex regum & dominus dominantium. ꝙ ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem. Quem uidit hominum nemo ſed nec uidere poteſt. Ergo hæc de deo ſcpta ſunt cuius nominis & dignitas & ueritas communis eſt filio. Cur igitur hoc loco filius ſeparatur cum etiam filio hæc cuncta conueniant. Aut ſi non conueniunt nega deum / ut neges quæ dei ſunt conſequētia. Beatus negari non poteſt qui ſanam doctrinā tribuit ſicut ſcriptum eſt. Quæ eſt ſecundum euangelium claritatis beati dei. Potens abnui non poteſt: de quo pater dicit. Poſui adiutorīū

ſuper potentem. Immortalitatem autem eiuſ
quis audeat diffiteri cum etiam aliis immor-
talitatem largitus ſit. Sicut ſcriptum eſt de
ſapientia dei. Per hanc habebo immortalita-
tem. Sed alia immortalitaſ ſuæ naturæ alia
noſtræ. Non ſunt fragilia computranda diui-
nis. Vna ſola ſubſtantia diuinitatis eſt quæ
mori neſcit. Vnde & apoſtoluſ cum ſciret &
animam & angelos immortales quod ſoluſ
deus immortalitatem habeat prædicauit.
Ham & anima moritur. Anima. u. quae +
pecauit ipsa morietur. Nec angeluſ īmor-
talis ē naturaliter cuiuſ immortalitaſ ī uo-
luntate ē creatoris. Neque ad præiudicium
trahas. quia non moritur gabriel non mori
tur raphaél non mortur Oriel. Et ipsis. u
naturæ capacitas uitio obnoxia ſed nō obno-
xia diſciplina. Oīs. u. rationabilis creatuā
accidentia recipit & ſubiecta iudicio ē. In ac-
cidentibuſ autem & poena iudicii & corru-
ptela ē & profectus ē. Vnde & eccleſiaſtes ait.
Quoniam omne opuſ ſuum deus adducet ī
iudicium. Ergo corruptelae & mortis etiam

si non moriatur aut peccet: capax tamen oīs
est creatura. Nec ex immortali natura habe
ex disciplina uel gratia si se in aliquibus ad +
uitia non mutat. Alia ergo immortalitas quae
donatur alia quæ sine capacitate mutabilitatis
est semper. At negatur immortalis ~~diuinalis~~ +
diuinitas christi quia in carne pro omnibus
mortem gustauit. Iam ergo melior Gabriel
quam christus quia ille non est defunctus. hic
mortuus est. Sed non est seruus supra dominū.
Alia. u. carnis infirmitas alia diuinitatis æter-
nitas. Mors carnis est. Immortalitas potestatis.
Quod si diuinitas fecit ne caro uideret corrupti-
onem quæ utique corruptela erat obnoxia p
naturam quomodo mori posset ipsa diuinitas.
Quomodo autem lucem inaccessibilem nō ha-
bitat filius cum in sinu patris filius sit. Lux +
autem pater. lux etiam ipse sit filius quia ds
lux est. Aut si aliam lucem inaccessibilē nisi
deitatis putamus: nunquid melior patri lux
est: ut non sit in luce qui sicut scriptum est:
& apud patrem est & in patre. Non ergo sepa-
rent filium cum legunt solum deum nec prez

separent cum legunt filium solum. Interris filius sine patre non est: & putas quia pater sine filio sit in caelo? In carne est filius. Cum dico in carne est uel interris secundum euangelii tēpora loquor. Nunc. n. secundum carnem iam non nouimus christum. Ergo in carne est filꝰ & solus non est secundum quod scriptum est. & non ſolum solus quia pater mecum est. & putas quod sit pater solus in luce? Ac ne hoc argumentum putes accipe etiam testimoniū. Deum inquit nemo uidit unquam nisi unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Quomodo solus pater si in sinu patris filius est? Quomodo enarrat quem nō uidet? Non ergo solus pater. Accipe nunc & solum patrem & solum filium. Solus pater quia aliꝰ pater non ē. Solus filius quia filius alius nō est. Solus deus quia una diuinitas trinitatis ē. Satis ergo daret & solum deum non esse p̄ter sine filio & solum deum non intelligi filium sine patre quia secundum carnem factus legit̄ dei filius non secundum diuinam generatio-
nem. In quo autem factus sit per os sancti

patriarchę locutus asseruit dicens · Quia repleta est malis anima mea & uita mea in inferno appropiauit · Aestimatus sum cum descendentibus in lacum factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber · & hic sicut homo inquit non sicut ihesus factus sum & repleta ē malis anima mea · Anima utique non diuinitas factus est in eo in quo erat in infernis derelictus · factus est in eo in quo cum aliis æstimatus · Diuinitas · u · similitudinem collationis abiurat · Et tamen in ipsa carne morti obnoxia maiestatem aduerte diuinitatis ī christo · & si factus est sicut homo & sicut caro factus est · factus est tamen inter mortuos liber · et + liber sine adiutorio · Sed quomodo hic sine adiutorio fuisse filius dicit cum supra dictum sit · Posui adiutorium super potentem · Ergo & hic distingue naturas · Adiutorium caro habet + diuinitas non habet · Liber est igitur · quia mōtis uincla nesciuit non captus ab inferis · Sed qui operatus sit in infernis sine adiutorio est · quia non per nuncium neque per legatum ꝫ ipse per se dominus saluum fecit populū suū ·

Quomodo .n. potuit adiutorium sui corporis q̄-
rere suscitandi qui alios suscitauit .~ Ac licet
homines quoque resuscitauerint mortuum nō
in sua tamen uirtute fecerunt : sed in christi
nomine . Aliud est rogare aliud imperare +
aliud mereri aliud donare . Helias ergo suscita-
uit sed ōrāuit non imperauit . Suscitauit mō-
tuum etiam corporis helisei mortui tactus ut
esset typus uenturi eius qui missus in simili-
tudine carnis humanæ etiam sepultus mortu-
os suscitaret . Petrus quoque cūm Aeneam cu-
raret ait . In nomine ihesu nazareni surge
& ambula non in suo ait sed in christi nomīe .
Surge autem uerbum imperantis . Sed fidu-
cia de merito est & de nominis operatione nō
~~præsentia~~ præfuit pro de potestate . Quod +
igitur Arriani dicunt .~ In nomine christi &
Petrus imperat & illi nolunt imperasse dei fi-
lium sed rogasse .~ Sed lectum est qua roga-
uit . Dicit distantiam rogat quasi filius hōis
Imperat quasi dei filius . An non defertis hoc
dei filio quod etiam diabolus detulit & uos ma-
iore sacrilegio derogatis . Ille dicit . si filius dei es:

dic lapidi huic ut panis fiat. Ille dicit impera
uos dicitis obsecra. Ille credit quod iubente dei
filio elementorum rerumque inaduersum nã
uertatur. Vos creditis nisi roget dei filius nec
uoluntas eius impleatur, & diabolus de pote-
state æstimandum putat dei filium uos de ĩ-
firmitate. Tolerabiliora temptamenta sunt +
diaboli quam argumenta sint arrii. Hec mo-
ueat quia potentem filium dixit hominis cũ
dominum maiestatis legeris crucifixum. Quę
autem maior potentia quam supra celestes po-
testates habere dominatum. Habebat autẽ
qui tronis dominationibus angelisque impe-
rabat. Nam & si erat inter bestias sicut scri-
ptum est tamen angeli ministrabant tibi ut
agnoscas aliud incarnationis esse aliud pote-
statis. Secundum carnem itaque temptatum
à bestiis secundum diuinitatem ab angel
adoratur. Diximus ergo factum esse hoiem
& ad hominem hoc esse referendum. Deniq;
& alibi habes Qui factus ẽ ei ex semine Da-
uid secundum carnem. Secundum carnem
ex sæmine dauid factus est. Deus autem ãn

ſæcula ex deo natus eſt. Nec ſemper tamen fa-
ctum eſſe ad creationem refertur. Scriptum
eſt. H. Domine refugium factus es nobis et fa-
ctus es mihi in ſalutem. Non utique creatiõis
definitio uel editio declaratur. Sed refugium
mihi factus es. Conuersus mihi dicatur ad ſa-
lutem ſicut & apoſtolus dixit. Qui factus eſt
nobis ſapientia à deo & iuſtitia & ſanctifica-
tio & redemptio. Nobis factum non creatum
ex patre dixit. Denique quomodo dicat fa-
ctum nobis esse ſapientiam in poſteriorib̃
expoſuit dicens. Sed loquimur dei ſapientiã
in myſterio quæ abſcondita ẽ quam prædeſti-
nauit deus ante tempora ſæcularia in gloriã
noſtram quam nemo principium huius ſæ-
culi cognouit. Si. H. cognouiſſent nunquam
dominum maieſtatis crucifixiſſent. Vbi my-
ſterium paſſionis exprimitur. non utique
generationis æternæ ſeries declaratur. Sa-
pientia igitur mea crux domini eſt. Redẽ-
ptio mea mors domini eſt. Sanguine. H.
pretioſo redempti ſumus: ut apoſtolus Pe-
trus dixit. Sanguine ergo ſuo quaſi homo

dominus nos redemit. Idemque quasi deus
peccata donauit. Non ergo in uerbis quasdā
constituamus insidias & uerborum tendiculā
aucupemur ut quia & aliud secundum im-
pios significare putatur sermo qui legitur.
non id quod sensus exprimat sed quod litte-
ra ostendat interpretemur. Sic perierunt iu-
dæi dum sensuum profunda despiciunt: et
sequuntur nuda uerborum. Littera enim oc-
cidit spiritus autem uiuificat & tamen inte
duo grauia sacrilegia fortasse detestabilius
sit ad diuinitatem referre quæ carnis sūt
quam ad litteram referre quæ spiritus sūt.
Illi timuerunt indeo carnem credere et ideo
redemptionis gratiam perdiderunt: quia
causam salutis abiurant isti diuinitatis ma-
iestatem usque ad carnis infirmitatem dedu-
cunt. Detestandi Iudæi qui carnem domini
crucifixerunt. Detestabiliores eos tamen arbi-
tror qui diuinitatem christi cruci subditam
crediderunt. Denique qui iudæis sæpe tracta-
bat: hæreticum inquit post unam correptio-
nem de uita. Nec tamen sine iniuria patris.

factam nobis esse sapientiam ad illam inenā-
rabilem nec ullis temporibus momentisque
obnoxiam christi generationem sacrilega in-
terpretatione deriuant. Nam præter id quod
filii iniuria ē contumelia etiam in patrem
sacrilegia ista procedunt. De quo scriptum est.
Fiat autem deus uerax omnis autem homo +
mendax. Prolyxum ē si uelim singula recen-
sere quotiens factum legerimus non utique
per naturam sed per gratiam. Nam & Moy-
ses dicit. Adiutor & protector factus es mihi
in salutem. Non itaque sancti deo dicunt +
creatus es sed protector & adiutor per gratiam
tuam factus es nobis. Scriptum est etiam de
deo patre. Qui autem facit ueritatem uenit
ad lucem ut manifestentur opera eius quia
in deo sunt facta. Ecce hic opera hominis in
deo facta legimus & ad substantiam tamen +
diuinam referre non possumus sed aut p
ipsum facta cognoscimus. Vt est etiam illud
apostoli. Quia omnia per ipsum & in ipso crea-
ta sunt & ipse est ante omnes & omnia ī ipō
constant aut ut docet præsentis lectio testimonii.

Virtutes quibus uitæ æternæ fructus acquiriꝫ
in deo factas existimare debemus castitatem
pietatem religionem fidem & alia huiusmodi
quæ in uoluntate dei facta sunt. Ergo sicut ī
dei patris ita etiam in christi uoluntate et ī
uirtute facta sunt sicut legimus creati ī chri-
sto in operibus bonis & in psalmo. Fiat pax ī
uirtute tua. & alibi: Omnia in sapientia feciſti.
In sapientia inquit feciſti. Non sapientiam
feciſti. Nam cum omnia in sapientia facta
sint. Christus autem sapientia dei sit non
accidens utique sed permanens inæternuꝫ
si facta est sapientia iam deteriore conditio-
ne facta est quam omnia quia sapientia fi-
eri per se ipsa non potuit Ergo factum esse
frequenter ad aliquid non ad naturam refer-
tur. Vnde intelligimus illud quod de incarna-
tione domini scriptum est. Dominus creauit
me principium uiarum suarum in opera sua
id significare quod ad redimenda opera patris.
dominus ihesus ex uirgine sit creatus. Neque
u. dubitari potest de incarnationis dictum ee
mysterio cum propter opera sua à coruptelæ

seruitio liberanda · dominus susceperit carnē
ut illum qui imperium habebat mortis per-
su corporis destruerē passionem · Caro · n · chri-
sti propter opera diuinitas ante opera quia ipe
ante omnia & omnia in ipso constant · Non
ergo diuinitas propter opera sed propter diuinita-
tem opera sicut apostolus declarauit dicens ·
Quia propter filium dei omnia fc · u · habes ·
Decebat autem eum per quem omnia & pro-
pter quem omnia multis filiis in gloriam ad-
ductis ducem salutis eorum per passionem cō-
sumari · Nonne euidenter exposuit quia dei
filius qui per diuinitatem suam omnia creauit ·
ut deus postea propter populi salutem & carnis
susceptionem & mortis assumpserit passionem ·
Propter quę autem opera sit creatus ex uirgine
ipse dominus cum illum cęcum curasset osten-
dit dicens · In illo me oportet operari opera eius
qui me misit & addidit ut de incarnatione di-
ctum crederemus · Cum in hoc mundo sum ·
lux sum huius mundi · Etenim quasi homo
in hoc mundo pro tempore ē · nam quasi deus
semper est · Denique & alibi ait · Ecce ego uobcū

ſum uſque ad conſumationem mundi. Nec de
principio reſider aliquid quaeſtionis cum into-
rogatus in carne tu quis es~ Reſponderit princi-
pium quod & loquor uobis. Quod non ſolum ad
diuinitatis æternitatem refertur ſed etiam ad
documenta uirtutum. Ex hoc. u. & deum ſe pro-
bauit æternum qui omnium ipse principiū
eſt & uniuſcuiuſque uirtutis auctor quia ec-
cleſiæ caput eſt Sicut ſcriptum ē. Quia ipse ē
caput corporis eccleſiæ qui eſt primogenitus
ex mortuis. Liquet igitur & de incarnatione
dictum esse principium uiarum ſuarum qđ
ad ſacramentum ſuſcepti corporis uidetur esse
referendum. Ideo carnem ſuſcepit ut ad cælum
nobis ſterneret iter. Denique ait. Aſcendo ad
patrem meum & patrem ueſtrum deum meū
& deum ueſtrum. Denique ut ſciatis quod uiā
ſuas omnipotens pater ſecundum incarnatio-
nem præſcripserit filio habes in Zacharia ad
ihesum induta ueſtimenta ſordida ab angelo
dictum. Hæc dicit dominuſ omnipotens. Si in
uiis meis ambulaueris & præcepta mea cuſto-
dieris. Quod eſt ueſtimentum illud ſordidum:

nisi carnis assumptio. Viæ igitur domini uelut
quidam tramites bonæ uitæ sunt qui dirigũt
à christo qui ait. Ego sum uia & ueritas & uita. Via ergo superna est dei uirtus. Christus. uia nobis est. bona uia quæ credentibus cœli regna patefecit. Viæ autem domini uiæ rectæ
sunt. Sicut scriptum est. Vias tuas domine notas fac mihi. Via castitas uia fides uia abstinẽtia est. Itaque uia uirtutis est & uia iniquitatis. Scriptum est. u. & uide si est uia iniquitatis in me. Principium itaque nostrae uirtutis est christus. principium integritatis q docuit uirgines non uiriles expectare concubit⁹: sed integritate mentis & corporis sancto mãg dicare spiritu quam marito. Principium parsimoniae christus qui pauper factus ẽ cum dines esset. Principium patientiæ ẽst christus qui cum malẽdiceretur non maledixit cum percuteretur non repercussit. Principium humilitatis christus qui formam serui accepit cũ patrem deum maiestate uirtutis æquaret. Ex illo. u. accepit uirtus unaquæque principium.
Ideo ut hæc uirtutum genera disceremus:

filius datus est nobis cuius principium super humeros eius. Principium illud crux domini ē Principium fortitudinis quo ma sanctis est reserata martyribus ad sacri certaminis passionem. Vidit hoc principium Esaias & ideo ait. Puē natus est nobis filius datus est nobis. Viderunt & magi & ideo cum parvulum in præsepe cernerent adoraverunt dicentes. Puer natus est nobis cum stellam conspicerent præiudicantes. Filius datus est nobis. aliud munus ē terris aliud ē cælo & utrunque unus in utroque perfectus & sine mutabilitate divinitatis & sine humanæ imminutione naturæ unum adoravere runt eidemque munera obtulerunt ut ostenderent ipsum esse cæli dominum qui in præsepibus videretur. Distingue singulorum momenta verborum. Puer natus est nobis. filiū datus est nobis. Et si ex patre natus nō tamē nobis natus sed datus ē. Quia non filius propter nos sed nos propter filium. Neque ū. nobis natus ē qui & ante nos natus ē. & totius est conditor creaturæ. Neque nunc primum nascatur qui erat semper & erat ī principio: ſ3

illud qd

illud quod non erat nobis nascitur. Quod etiã
angelus pastoribus cum loqueretur nobis dixit
esse generatum. Sicut habes scriptum. Quia
natus est nobis hodie saluator qui est christus
dominus in ciuitate dauid. Nobis ergo quod
non erat natus ẽ. Hoc est puer ex uirgine cõ-
pus ex maria. Hoc. u. post nos. illud ante nõ.
Alii sic habent. Puer natus est nobis filius &
datus est nobis. Hoc est qui erat filius dei. hic
ex maria puer natus est nobis & datus ẽ nob.
qui datus sit nobis. Audi prophetam dicentem.
& salutare tuum da nobis. Quod. u. supra nõ
est. datur. quod de cẽlo est. datur. Sicut etiam
de spiritu legimus. Quia charitas dei effusa ẽ
in cordibus nostris per spritum sanctum qui
datus est nobis. Sed uidete quemadmodum +
hic locus multas hæreses extinguat. Puer na-
tus est nobis. Nobis non iudæis nobis nõ ma-
nicheis. nobis non marcionistis. Propheta +
dicit nobis hoc est credentibus non incredulis.
Et ille quidem misericordia sua omnibus nat⁹
est sed perfidia hæreticorum fecit ut non omĩ-
bus nasceretur qui omnibus natus ẽ. Nam

& lumen diei oriri iubetur super bonos & malos.
sed oriri non uidentibus non uidetur. Sicut er-
go puer non omnibus natus ē sed fidelibus. sic
filius non infidelibus datus ē sed fidelibus. Deīq;
ut ad propositum reuertamur exemplum. In
principio antequam terram faceret & anteq̃
abyssus constitueret: priusquam producerent̃
fontes sub cælo & antequam montes collocarē-
tur & ante omnes colles genuit me. Fortasse
dicis. quomodo de incarnatione christi dictum
esse memoraueris dominus creauit me cuz
ante incarnationem christi creatura sit mūdi.
Sed consydera quia moris est scripturis diui
nis & futura pro præteritis dicere & geminā
in christo significare substantiam diuinitatis
& carnis ne quis ut diuinitatem neget eius
aut carnem. Nam in Esaia habes. Puer na-
tus est nobis. filius datus est nobis. Ita hic
quoque præmisit creaturam carnis & subte-
xuit assertionem diuinitatis ut scires non
duos christos sed unum esse qui & ante
sæcula generatus ex patre sit. & ultimis +
temporibus creatus ex uirgine. Hoc ē ego

sum ille qui creatus ex homine creatus ad cau-
sam qui sum generatus ante secula · Denique di-
cturus dominus creauit me premisit cōme-
morabo quæ à seculo sum dicturus genuit p̄-
misit in principio ante quam terram faceret
ante omnes colles genuit me · Ante cum dica-
tur infinitum retro sine aliqua definitione por-
rigitur · Denique ante habraham inquit ego
sum : non utique post Adam sed & ante luci-
ferum / non utique post angelos · Ante autem
cum dicit non se intrā aliquem sed omnia intr̂
se dixit · Sic · n · moris est æternitatem dei scri-
pturis significare diuinis · Denique alibi habes ·
Priusquam fierent montes & firmaretur orbis
terræ à seculo & usque in seculum tu es · Ante
omnia ergo generatus inter omnia & propter
omnia creatus natus ex patre supra legem fa-
ctus ex Maria sub lege · /

ED scriptum est post me uenit uir qui
ante me factus est quia prior me erat ·
Vnde dicunt · Ecce qui erat factus ē · Ipsa +

uerba pandamus. Post me inquit uenit uir. Vir
ergo est qui uenit ipse qui factus est. Vir autem
nomen est sexus. Sexus autem non utique di-
uinitati sed naturæ deputatur humanæ. Possem
ergo dicere. Erat in præcognitione quidem corpo-
ris sed æternitate uirtutis. Nam & ecclesia erat
& sancti erant prædestinati ante sæcula. Sed nō
in hoc loco dico. Sed illud assero factum esse nō
ad diuinitatem sed ad incarnationis pertinere
naturam. Sicut ipse Iohannes dixit. hic est
de quo dixi. post me uenit uir qui ante me fa-
ctus est. Itaque cum geminam sicut supra dixi
in christo substantiam proposuisset & diuinitatis
& carnis hoc loco cœpit à carne. Est. n. scriptū
promiscua consuetudo diuinis ut interdum à
diuinitate christi incipiant & ad incarnationis
sacramenta descendant: interdum ab humilita-
te incarnationis exordium sumant & ad glo-
riam diuinitatis assurgant. ut in prophetis &
euangelistis frequenter & Paulo. Ergo & hic +
iuxta memoratam consuetudinem ab incar-
natione domini cœpit de eius diuinitate dictu-
rus. Non ut confunderet humana atq; diuina.

sed distingueret. Verum arriani uelut iudaici
caupones miscent aquam cum uino quia diui-
nam generationem humanamque confundunt.
ad deitatem referentes quod de carne sit dictum.
Nec mutuo quod obiecturi uidentur quia in su-
perioribus non habet uirum. Sic. n. habet qui
post me uenit. Sed uideant & ibi quid præmise-
rit. Verbum inquit caro. factum ē. & ideo nō
addidit uirum quia carnem dixerat. Per cānez
autem istic uirum intelligimus. & per uirum
carnem. Ergo quia dixerat uerbum caro factū
est. uirum hoc loco nominare superfluum fuit
quem iam expressione signauerat. Quo exēplo
in posterioribus quoque & agnum præmisit q
tollit peccatum mundi: & ut incarnatum in-
telligeres quem ante memorauerat dit. Hic est
de quo antē dixi. Post me uenit uir qui ante
me factus est. hoc est uirum dixi. non deum
factum. Sed ut ipsum incarnatum declarar &
esse qui ante secula erat: ne duos filios credĕmus
ait. Quia prior me erat. Nam si factus est ad
diuinam generationem rettulisset quid opus
fuerat adhuc addere tertium atque iterare qd

ſupra dixerat. Sed quia ante de incarnatione
tantum dixerat. Poſt me uenit uir qui ante
me factus eſt ideo addidit quia prior me erat
quoniam diuinitatis æternitas fuerat exp̃men-
da. & hæc eſt cauſa prælationis ut merito an-
telatus uideatur qui proprii patris ſempiterna
uirtus eſt. Dat tamen intellectus ſpiritalis ub̃e-
tas ut excurrere & uagari ad concludendos lu-
beat arrianos qui uolunt factum hoc loco non
ad uirum ſed ad diuinitatem referre. Cum dixe-
rit baptiſta. Poſt me uenit uir qui ante me fa-
ctus eſt. hoc eſt ſupra meritum meum factus.
ſupra meam gratiam. Tempore carnis poſterior:
diuinitatis honore uenerabilior. Poſt me. u. ue-
nit: temporis ẽ poſterioris. prior me erat æter-
nitatis. Ante me factus eſt honoris gloria: qui
etiam incarnationis myſterio ſupra humanam
eſt gratiam. Denique in interioribuſ quid ſup̃
contexuisser expreſſit dicens. Poſt me uenit
uir: cuiuſ non ſum dignuſ calcamenta p̃otare.
Præſtantiam utique dignitatis non æternae
diuinitatem generationis exponens. Quod
eo uſque ad incarnationem pertinet: ut typũ

in hominibus mystici calciamenti ante premiseīt.
Lege. H. proximo defuncti uel fratri copula defe-
rebatur uxoris eius: ut semen fratris uel pxi-
mi resuscitaret. Vnde quia Ruth licet ipsa alie-
nigena tamen quia maritum habuerit ex Iu-
dæis qui reliquerat superstitem proximum ēaq;
colligentem manipulos suæ messis quibus ale-
bat & socerum. Boz uidit & amauit non aliter
eam accepit uxorem nisi calciamentum eius
ante soluisset cui uxor debebatur ex lege. Hi-
storia simplex sed alta mysteria. Aliud. H. gere-
batur aut figurabatur. Nam si secundum litterā
sensum torqueamus: prope quidam pudor et
horror in uerbo ē: si ad commixtionis corporeæ
consuetudinem sententiam intellectumque re-
feramus. Designabatur autem futurus à Iude-
is christus secundum carnem qui pximi sui
hoc est mortui pōpuli semen doctrinæ cælesti
semine resuscitaret. cui calciamentum nuptiale
ecclesiæ copulandæ præscripta legis spiritalia
deferebant. Non Moyses sponsus. Illi. u. dicit
Solue calciamentum pedum tuorum ut domīo
suo cedat. Non Thesus Naue filius sponsus.

Nam & ipsi dicitur. Solue calciamentum pedum
tuorum ne ex similitudine nominis sponsus eccle-
siæ crederetur. Non aliuſ sponsus. Sed. soluſ christ
est sponsus. de quo dixit Iohannes. Qui habet spō-
sam sponsus ē. Illuſ igitur calciamentum soluiſ
huic soluí non potest. sicut dixit Iohannes. Non
sum dignuſ soluere corrigiam calciamenti eiuſ.
Solus ergo christus sponsus cui illa ueniens ex
gentibuſ sponſa ante inops atque ieiuna sed iam
christi messe diues innubat. Quæ manipulos
fœundæ segetis uerbique reliquiaſ gremio legat
mentis interno: Vt exhauſtam illam illam
uiduam morte filii atque inopem defuncti po-
puli matrem nouis paſcat alimentis non reli-
quem deſtitutam uíduam & nouos quærens.
Solus ergo sponſus est christus qui nec synagogæ
ipsi manipulos suæ messis inuideat. Vtinam
se non ipsa excluderet habuit quos per se col-
ligeret. Sed quia populuſ eiuſ est mortuuſ qua-
ſi filio egena defuncto per ecclesiam manipulos
quibuſ uiueret colligebat / quos uenientes in ext-
tatione portabunt / sicut scriptum ē. Venientes
autem uenient in exultatione tollentes mānptos

suos · Quis · u. sibi aliuſ ſponſam audeat eccleſiam ✠ uendicare quam à libano unuſ & ſolus uocauit dicens · Ades huc à libano ſponsa. ades huc à libano ſponsa. aut de quo alio potuit ecclesia dicẽ. Fauces eiuſ dulcedinis & totum deſyderium. et quia de calcamento pedum tractatum ſumpsimus cui alij niſi uerbo dei incarnato conuenit dici: + crura eiuſ columnæ marmoreæ fundate ſuper baſes aureæ. Solus · u. christus inambulat ārs & graditur in mentes ſanctorum in quibuſ uelut aureis baſibuſ fundamentiſque preciosis ſolidata ueſtigia uerbi cæleſtis hæſerunt · Claret igitur & uirum & typum ad incarnationis ſpectare myſterium · Non ergo ad ſubſtantiam diuinitatis ſed ad incarnationem ſæpe: nonnunquam etiam ad cauſam pertinet, cum dicitur factus · Nam si ad diuinitatem refers, ergo in obprobrium deus factus eſt · Sic · u · habes · Tu autem repuliſti & ad nihilum redegiſti diſtuliſti christum tuum · Et infra. Factus ē in obprobrium uicinis ſuis · Vicinis inqr non ciuibuſ non domeſticis non adhærentibus quoniam qui adhæret domino unuſ ſpiritus eſt. Qui uicinus eſt non adhæret · Et factus eſt

in obprobrium quia crux domini iudeis scandalum græcis stultitia. Nam sapientibus per eandem crucem excellentior factus est cælis. excellentior angelis: & melioris testamenti fact⁹ est sponsor ipse qui erat prioris. Vide quam non refugiam ista: ut etiam congeram. Sed quomodo factus sit consydera. Primum quia purificatione facta consedit in dextera magnitudinis in excelsis tanto melior factus est angelis. ubi purificatio hostia. ubi hostia corpus. ubi corpus oblatio. ubi munus oblationis ibi sacrificium passionis. Deinde sponsor melioꝝ testamenti. Vbi testamentum mors necesse ē procedat testatoris. Sicut subter est scriptum. Mors autem non addiuinitatis eternitatem sed ad fragilitatem refertur humanam. Excelsior quoque cælis factus quomodo sit ostendit. Immaculatus inquit. segregatus à peccatorib⁹ & excelsior cælis factus. Qui non habet quotidie necessitatem sicut sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre. deinde pro popto. Hoc. n. fecit semel se offerendo / sicut scriptum est. Nemo excelsior factus dr nisi q in aliquo

fuerit humilior. In eo igit̃ excelsior factꝰ
est sedendo ad dexteram patris in quo se mi-
nor angelis factus obtulit passioni. Postremo
ipse apostolus ad philippenses ait. Quiá in
similitudine hominis factus ē specie inuen-
tus ut homo. humiliauit semetipsum factꝰ
obediens usque ad mortem. Vide ubi factus
sit. In similitudine inquit hominis factus ho-
bediens usque ad mortem. Vt obedientiam
quidem hominis habuerit regnum diuinita-
tis. Quantis igitur adhuc utimur exemplis
ad incarnationem uel ad aliquid referendū
esse quod factus ē. Quod autem factum ē
idem est & creatum. Dixit. H. & facta sunt.
mandauit & creata sunt. Creatum quoque
supra ostendimus in libro primo de incarna-
tione dictum uideri. Ipse etiam apostolus
asserendo seruiendum non esse creaturae.
significauit ex deo filium non creatum esse.
sed genitum. Tamen etiam alibi ut mani-
festarer quomodo in Salomone sit lectum.
Dominus creauit me secundum carnem di-
ctum quid in christo creatum esse ostendit.

Itaque totius seriem capitis recenseamus. Sic
u. habes. Ergo quia filii participes sunt san-
guinis & carnis & ipse similiter particeps fa-
ctus est eorundem: Vt per mortem destrueret
hunc qui imperium habebat mortis. Quis
ergo est qui nos participes suæ voluit esse
carnis & sanguinis? Vtique dei filius. Quo-
modo nisi per carnem particeps factus ē nr̄.
aut p̄ quam nisi per corporis mortem +
mortis uincula dissoluit? Morti. u. mors fa-
cta est, susceptio mortis in christo. Ergo de
incarnatione proposuit. Videamus seq̄ria
Nec. u. statim inquit angelos assumpsit. sed
semen habrahæ. Vnde habuit per omnia fra-
tribus similare ut misericors fieret: ut fide-
lis princeps sacerdos à deo ut expiaret pec-
cata populi. In quo. u. passus ē ipse tempta-
tus potest temptatos iuuare. Propter quod
fratres carissimi uocationis cælestis participes
intuemini apostolum & principem sacerdo-
tum confessionis nostræ ihesum fidelem esse
creatori suo: sicut & Moyses in domo eius +
asserit. Hæc nempe uerba sunt apostoli. +

Videtis inquo creatum dicat. Inquo assumpsit
inquit semen habrahæ. Corporalem itaque
generationem asserit. Inquo autem nisi in cō-
pore expiauit populi peccata. Inquo passus
est nisi in corpore sicut & supra diximus. chri-
sto passo secundum carnem. Inquo sacerdos
nisi in eo quod sacerdotali assumpsit ex gnē.
Et sacerdos. u. aliquid debet offerre & secundū
Legem in sanctam intrare per sanguinem. Er-
go quia sanguine taurorum byrcorumque
repudiauerat deus hunc unique sacerdotem p
suum sanguinem sicut Legisti in sancta sancto-
rum cœli summa penetrantem oportet in tra-
re ut æterna nostrorum esset ablutio peccatorx.
Idem igitur sacerdos idem hostia & sacerdotium
tamen & sacrificium, humanæ condicionis offi-
cium est. Nam & agnus ad immolandum du-
ctus est, & sacerdos erat secundum ordinem +
Melchisedech. Nemo igitur ubi ordinem cēnit
humanæ condicionis ibi ius diuinitatis ascribat.
Nam & illum Melchisedech per quem habram
hostias suas obtulit, non angelum secundum
iudaica ludibria intelligit ecclesia. sed virum

ſanctum & ſacerdotem dei: qui typum domini
gerens & ſine patre & ſine matre & ſine geneā-
tionis enarratione & ſine initio & ſine fine de-
ſcribitur. Vt oſtenderet ſempiternum filium
dei in hunc mundum eſſe uenturum qui &
ſine patre ſecundum incarnationem natus
ē, & ſine matre ſecundum diuinam generatio-
nem, & ſine enarratione generationis quia
ſcriptum ē. Generationem autem eius quis
enarrauit? Ergo illum Melchiſedech in chri-
ſti typo ſacerdotem dei accepimus. Sed illum
in typo hunc in ueritate. Typus autem um-
bra eſt ueritatis. Illum in nomine uniuſ ciui-
tatis. hunc regem in reconciliatione totiuſ mū-
di. Quia ſcriptum ē. Deus erat in chriſto mū-
dum reconcilians ſibi. hoc ē ſempiterna diui-
nitas. Aut ſi pater in filio ſicut filius in pre
& ſubſtantiæ utique & operationis unitas nō
negatur. Quomodo autem negare merito pos-
ſunt etiam si uelint cum ſcriptum ſit. Pater
autem qui in me manet ipse loquitur: et opa
quæ ego facio ipse facit. ne ſimilitudinē ma-
gis quam unitatem operis exiſtimaret? Sed

dicendo quæ ego facio ipse facit manifestum re-
liquit quod unum opus patris & filii credere de-
beamus. Denique ubi similitudinem operum nō
unitatem uoluit intelligi qui credit inquit in
me. opera quæ ego facio & ipse facit. Bene hic
interponendo et si similitudinem nobis donauit
tamen unitatem naturalem negauit. Vnum
igitur est opus patris & filii etiam non place-
at arrianis. Quæro autem quomodo regnū
uelint patris & filii esse diuisum cum dn̄us
dixerit ut supra ostendimus. Omne regnum
inter se diuisum facile destruere, & ideo ad de
struendum arrianę sacrilegium sæuitatis.
Vnum imperium patris & filii etiam petrus
sanctus asserit dicens. Qua propter fratres
satis agite certam uocationem & collectionem
facere. hæc. u. facientes non errabitis. Sic. u. a-
bundantius ministrabitur introitus in æternū
imperium. Dei & domini nostri conseruatoīs
christi ut siquis de christi tantum imperio di-
ctum putat & hoc ideo sic accipit ut patrem
filiumque potestate secernat is tamen et
regnum filii fatebitur & æternum. Itaque

non solum duo inducent regna diuisa ut
obnoxia sint defectui sed etiam cum regna
comparabilia nulla sint dei regna quod filii
esse etiam si uellent negare non possunt +
aut contra suam sententiam redibunt: Vt +
idem patris & filij regnum esse fateantur,
aut quod sacrilegum est dicere ius patri reg^{i}
minoris ascribent aut quod contrariū est
quem minorem diuinitate impii memorāt
eius regnum fatebuntur æquale. Sed hoc
non quadrat non congruit non cohæret.
Dicant igitur unum esse regnum sicut &
nos dicimus & probamus de uno eodemque
regno patris & filii. Probamus autem non
nostris sed cælestibus testimoniis. Primum
H. etiam aliis exemplis discе regnum cælo-
rum regnum etiam filii esse. Ipse. H. dixit.
Amen amen dico uobis quoniam sunt
aliqui de istis astantibus qui non gustabūt
mortem, donec uideant filium hominis
uenientem in regnum suum. Dubitari er-
go non potest quod sit regnum filii dei. Sed
accipe ipsum esse regnum filii qđ pris est.

Amen am dī.

Amen amen dico uobis quod sunt quidam circunstantium qui non gustabunt mortem donec uideant filium dei uenientẽ ī uirtute. Eousque .u. unum regnum est ut unū sit p̄mium .. sidem homines eadem merita idem sponsor. Quomodo non idem regnum cum præsertim ipse de se filius dixerit. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Quod .u. patris est per maiestatis proprietatẽ id etiã filii est per eiusdem claritudinis unitatem. Ergo patris regnum scriptura dixit & filii. Accipe nunc quia ibi deus regnum dicit nec patris nec filii separat pótestatem. Quia & paternum & filii regnum uno dei nõie cõprehendit sicut habes. Cum uideritis habrahã & Isaac & Iacob & omnes prophetas ī regno dei. An negamus in regno filii prophetas ẽe cum & Latronī dicenti memento mei cum ueneris in regnum tuum, responderit dominꝰ. Amen amen dico tibi hodie mecū eris ī paradyso. aut quid est esse in dei regno nisi æternam nescire mortem. Qui autẽ nescit mortem æternam uident filium hõis uenientem

in regnum suū. Quomodo ergo potest non
in potestate habere quod donat. Dicens tibi
dabo claues regni cælorum. Et mdete distan
tiam. Seruus aperit. Dominus largitur. Iste
per se ille per christum. Famulus claues accipit.
Dominus ordinat potestates. Aliud ius
donantis aliud dispensantis obsequium est.
Accipe adhuc. unum regnum unum impe-
rium ēe & patris & filii. Habes ad Thimothe-
um. Paulus apostolus ihesu christi secundum
imperium dei saluatoris nostri & ihēsu chri-
sti spei nostræ. Vnum igitur patris & filii re-
gnum euidenter est declaratum sicut & apls
Paulus asseruit dicens. Hoc.u. scitote quod
omnis impudicus aut auarus aut īmūdus
quod est idolatra non hr hæreditatē in regno
christi & dei. Ergo unum regnum & una diui-
nitas. Vnam diuinitatem lex probauit quæ
dicit unum deum. probatur & apostolus di-
cendo de christo in quo habitat omnis pleniti-
do diuinitatis corporaliter. Si.u. iuxta apo-
stolum omnis corporaliter plenitudo diuinita-
tis in christo est aut uniuſ diuinitatis +

patrem & filium fatebuntur. aut si patris et fi-
lii diuinitatem cupiunt seperare cum omnem
plenitudinem diuinitatis corporaliter filius habe-
at. Quid est quod patri existimant amplius re-
seruandum cum amplius nihil sit plenitudine
& plenitudo perfectio sit. Ergo una diuinitas.
Imaginem autem unam & similitudinem uriā
supra diximus. Supereſt ut uniuſ quoque ma-
iestatis patrem filiumque doceamus ne lōge
aberret. Cum. u. ipse dixerit de se filius. Cum
autem uenerit filius hominis in maiestate sua
& omnes cum eo / tunc sedebit super sedem ma-
iestatis suæ. /

CCe filii expressa maiestas est. Quid ei deest
cuius increatam maiestatem negare non pos-
sunt. Est ergo filii maiestas. Accipiant nunc
ut dubitare non possint quod patris & filii una
maiestas sit. Ipse. u. dixit dominus. Nam q me
erubuerit & meos sermones hunc filius hōis
erubescet cum uenerit in maiestate sua et pa-
tris & sanctorum angelorum. Quid est et san-
ctorum angelorum. nisi quia honorant seruii

domini dignitate sua. Ergo ad filium & patrem
rettulit non ut angeli habeant cum patre et fi-
lio æquale consortium sed ut præeminentem glo-
riam dei cernant. Neque .ii. suam maiestatem
angeli habent sicut lectum est de filio / cum sede-
rit in sede maiestatis suæ. Sed assistunt ut pa-
tris & filii gratiam uideant: quibus aut pos-
sunt aut merentur aspectibus. Denique ipsa
se explanant uerba diuina ut intelligas illam
gloriam patris & filii cum angelis non esse com-
munem. Sic. .ii. habes. Cum autem uenerit fi-
lius hominis in maiestate sua & omnes angeli
cum eo: & ut doceret unam maiestatem & unam
gloriam esse patris & suam. Ipse in alio libro ait.
& filius hominis confundetur cum uenerit ī glo-
riam patris sui & angeli sancti illi in obsequio
hic in gloria illi in comitatu iste in suggestu. il-
li stant hic sedet. Et ut uerbo tamen usus uta-
mur humani. hic iudicat ii ministrant. Diuina
autem non præmisit maiestatem patris & sub-
didit suam & angelorum ne de superioribus ad
inferiora fecisse gradum quendam & ordinem
uideretur. Sed quia pater inferior uideri non.

poterat præmisit maiestatem suam & addidit pa-
tris & angelorum nese medium inter patrem
& angelos nominando aut ab angelis ad patrē
per sui quoque incrementa fecisse quendam ui-
deretur ascensum aut à patre rursus ad per angelos
per ordinem cum sui etiam diminutione credĕtŭ
fecisse descensum. Nam nos qui unam diuini-
tatem patris & filii confitemur diuersum ut
arriani ordinem non posuimus.

E Substantia autem Imperator Auguste
quid loquar, unius filium cum patre ēe
substantiæ, cum imagine paternæ substantiæ
filium legerimus? Vt in nullo u. secundum
diuinitatem à patre intelligas discrepare. iuxta
hanc imaginem dixit. Omnia quæ patr hēt
mea sunt. Ergo nec substantiam deo possum?
denegare. Neque u. in substantiuus est qui ali-
is dedit habere substantiam: per quem cuncta
subsistunt. & ideo ait: Non est absconditum os
meum quæ fecisti in abscondito, & substantia
mea in inferioribus terræ. Virtuti u. & diuinitati

ea quæ ante constitutionem mundi uel in per-
spicabili maiestate sunt gesta abscondita esse nō
poterant. Legimus ergo substantiam. Sed dicis
de incarnatione dictam esse substantiam. Interī
nomeń substantiæ lectum probaui. Eam si pla-
cet accipiamus secundum mysterium in inte-
rioribus christi fuisse substantiam. Etenim ut
defunctorum animas in sui corporis animia li-
beraret. Vincla mortis subderet peccata dona-
ret operatus est in inferno. & tamen quid ob-
stat quominus illam diuinam esse substan-
tiam intelligas / cum deus ita ubique sit ut
et dictum sit. Si ascendero in cælum tu ibi
es. Si descendero in infernum ades. Deniq;
ad substantiam diuinam deriuandum esse
intellectum sequentibus declarauit dicens.
Inoperatum meum uiderunt oculi tui / et
quod non operis factura sit filius sed uerbū
genitum potestatis
enim +
dixit. hoc est inoperatum atque increatum
uerbum sine alicuius creaturæ testimoīo
ex patre natum. Sic usta hoc loco substā-
tia corporalis dummodo non opus dei +

filium, sed inoperatam eius diuinitatem
ipse esse fatearis. Scio autem aliquos dicere
inoperatum etiam incarnationis esse mysteri-
um quod non sit uirilis copulæ usu operatū
quia partus est uirginis. Si ergo plærique hoc
loco nec Mariæ partum opus esse dixerunt, tu
Arriane opus putas esse dei uerbum? Num
hic tantum substantiam Legimus? Nonne et
alibi dixit. Portæ ciuitatum fractæ sunt, mō-
tes ceciderunt & reuelata est substantia. Nū-
quid hic quoque creatura signatur? montes
ergo sunt altitudines se extollentes. Deniq;
in greco regna ceciderunt habent. Ipsos er-
go Legimus montes quæ regna sunt diabo-
li. Ideoque istis cadentibus regnis de corde
fidelium reuelatum ē paternæ dei filium chri-
stum esse substantiæ. Isti ergo ceciderunt mō-
tes & reuelatum est quia esset in christo diui-
na substantia dicentibus iis qui uiderant. Vēr
dei filius est. Non. u. humana sed diuina pote-
state dæmoniis imperabat. Non prætexit etiā
alibi cum fragilitates exponeret conditionis hu-
manæ ut susceptam à se infirmitatem cānis

& affectum nostræ mentis ostenderet dixisse dominum per propheram. Memento domīe quæ est substantia mea quia in natura fragilitatis humanæ dei filius loquebatur. De quo ut incarnationis mysteria reuelaret ait. Tu uero repulisti domine & pro nihilo duspulisti christum tuum. Euertisti testamentum sui tui profanasti in terra sanctiratem eius. In quo + utique seruum diximus nisi in carne. Qui non rapinam arbitratus ē esse æqualem dō. Sed semetipsum pro nobis exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & specie inuentus ut homo. Mea ergo susceptione seruus. sua dominus potestate est. Quomodo ergo negant arriani di esse substantiam. Quomodo uerbum substātiæ quod creberrimum in scripturis est putant esse uitandum cum ipsi ex alia substantia hoc est heterousion dicendo filium: substantiam tamen in deo esse non abnuant. Non igitur uerbū sed uim uerbi fugiunt quia nolunt uerum ēe dei filium. Nam licet humano uerbo non possit diuinæ generationis series comprachendi:

tamen iudicarunt patres fidem suam tali
proprie contra heterousion sermone signādā.
Nam quid est aliud cur arriani homoūsion
.i. consubstantialem patri nolint filium dici ni-
si quia noluit uerum dei filium confiteri? hoc
uerbum in tractatu fidei posuerunt patres qđ
uiderunt aduersariis esse formidini: Vt tanq̄
euaginato ab ipsis gladio ipsorum caput ne-
fandæ hęresis amputarent. Recte ergo homo-
usion patri filium dicimus quia uerbo eo et p̄-
sonarum distinctio & naturæ unitas significa-
tur. An negare possunt usiam Lectum cum
& panem epusion .i. substantialem dominus
dixit. Aut quid ē usia uel unde dicta nisi
quod semper maneat? Qui .u. est & est semper
deus est. & ideo manens semper. Vsia dicitur
diuina substantia & propterea epusios panis
quod ex uerbi substantia substantiam uirtu-
tis manentis cordi & animæ subministret.
Scriptum est .u. & panis confirmat cor hoīs.
Seruemus igitur præceptū maiorum nec hęre-
ditaria signacula aut rudi temeritate uiolem?
librum illum signatum prophetcum quem

ἑτερούσιος
ὁμούσιος

ουσια

non seniores non potestates non angeli non archangeli aperire ausi sunt. Soli christo explanādi eius prerogatiua seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum de signare audeat signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum. Quomodo fidem eorum possumus denegare quorum uictoriam predicamus. Nemo metuat nemo formidet plus confert & fidelibus qui minatur. Venenatæ sunt blandiciæ perfidiorum tunc cauendæ cum id quod negant pdicare se simulant. Sed decepti sunt ante qui facile crediderunt. ut ibi perfidiæ laqueos īciderint ubi fidem esse credebant. Qui dicā inquiunt christum creatum secundum cæteras creaturas anathema sit. Audierunt simplices & crediderunt. Innocens. ii. sicut scriptum est credidit omni uerbo. Audierunt ergo & crediderunt primo decepti sono ac uelut aues intētae ad escam fidei: extentum sibi laqueum nō cauerunt. Ita dum fidem sequuntur: harum nefandæ fraudis adtractauerunt. & ideo estote inquit dominus astuti sicut serpentes et simplices sicut columbæ. Præmittitur astutia.

Vt sit tuta simplicitas. Sunt. H. serpentes euange-
lici qui exuunt ueterem usum & induant nouos
mores: Sicut scriptum est. Expoliantes ueterem
hominem cum actibus eius & induentes nouum
secundum imaginem eius qui creauit eum. Di-
scamus ergo depositis ueteris hominis exuuiis
euangelicorum serpentum uias & more serpentū
seruare caput. Fraudem cauere nolumus. Satis
fuerat dicere qui dicit creaturam christum: ana-
thema sit. Cur bonæ confessioni Arriane uene-
na permisces ut totum corpus contamines? Ad-
dendo. H. secundum cæteras creaturas non crea-
turam christum negas sed creaturam dicis esse +
dissimilem. Creaturam. H. dicis & si præstantiorē
cæteris adseras creaturis. Denique arrius huī
impietatis magister dei filium creaturam dixit
esse perfectam sed non sicut cæteras creaturas.
Vides igitur hæreditario patris uestri uos usos
esse sermone. I. creaturam negare. Quid opus
fuit addere sed non sicut cæteras creaturas. Re
cide quod patuit ne serpat contagio. Venenuz
habebat mortem afferet. Deinde dicis interdū
deum christum. Sed ita dic deum: ut deū uerz

ut plenitudinem ei paternæ diuinitatis assignẽ.
Sunt. u. qui dicuntur dii siue in cælo siue in tẽra.
Non ergo perfunctorie nuncupandus ẽ deus sed
ità ut eandem diuinitatem prædices in filio quã
pater habet. Sicut scriptum ẽ. Sicut. u. pater ui-
tam habet in semetipso sic dedit & filio uitam
habere in semetipso. Dedit utique quasi filio
per generationem non quasi inopi per gratiam
& potestatem. Dedit ei iudicium facere quoniã
filius hominis est. Vide quid addidit ne tu ca-
lumnieris ex uerbo. Filium hominis legis et ac-
cipientem arguis? Nega ergo deum si non omĩa
filio quæ dei sunt deferuntur. Cum. u. dixerit
Omnia quæ pater habet mea sunt cur tu non
omnia quæ diuinæ naturæ sunt etiam in filio
confiteris? Nam qui dicit. Omnia quæ pater
habet mea sunt, quid excipit quod non habet
quid est quod faciat. Ea quasi fideli magis fmã
commemoras quia mortuos suscitauerit. máriã
pede transiuerit infirmitates hominum curauer-
rit. Hæc etiam seruulis suis præstitit. Plus, ista
miror in hominibus quod tantam dederit potesta-
tem hominibus. Aliquid de christo audire

desydero quod speciale sit christi quod cum ijs
quæ creata sunt non possit esse commune.
Quia genitus quia unicus est dei filius quia
deus uerus ex deo uero. quia ad dexteram prīs
sedet. Vbique Lego confessum patris & filii.
Semper ad dexteram filius sedet. Nunquid me-
lior filius patre. Non hoc dicimus Sed caritas
dei honorat, humana iniquitas derogat. Sciuit
pater serendas esse de filio questiones: præbu-
it nobis quod sequeremur pietatis exemplum
ne filio derogemus. Vno tantum Loco stantē
ad dexteram dei ihesum Stephanus uidisse se
dixit. Et hoc discе: nequam hinc moueas que-
stionem. Cur. u. ubique addexteram sedere osten-
ditur. uno Legit in Loco stare. Sed & quasi iu-
dex uiuorum & mortuorum stat quasi aduoca-
tus suorum. Stabat ergo quasi sacerdos quādo
patri hostiam boni martyris offerebat. Stabat qi
bono lustatari brauium tanti præsuL certamīs
redditurus. Accipe & tu spiritum dei ut usta di-
stinguas sicut accepit & stephanus & dicas sicut
dixit & martyr. Ecce uideo cœlos apertos et
filium hominis stantem ad dexteram dei. Qui

cælos apertos non habet · ihesum ad dexteraz
dei non uidet · Confiteamur ergo ihesum ad dex-
teram ut cælum nobis aperiatur · Claudunt
sibi cælum qui aliter confitentur · Quod si qui
obiiciunt quia filius stabat · Ostendant hoc lo-
co quia pater sedebat · Nam licet filium hoīs
stare dixerit tamen hoc loco nec patrem sedē
memorauit · Vt autem euidentius cognoscere-
tur nulla esse stantis iniuria sed potestas filiv
Stephanus obsecrabat / ut se ampliuss. commē-
daret patri dicens · Domine ihesu recipe spm
meum : & ut eandem patris & filii potestatez
ostenderet repetiuit dicens · Domine ne statu-
as illis hoc peccatum · Hoc dominus in passio-
ne pròpria quasi filius hominis patri dicit · hx
& Stephanus filium dei in suo martyrio depre-
catur · Cum eadem gratia à patre filioque depo-
satur : eadem potentia declaratur · Aut si uolūt
Stephanum patri dixisse : uideant · quid pro-
pria testificatione significent · Licet nos ista nō
moueant aduertant tamen qui totum ī litte-
ra constituunt & in ordine quod prius filius
sit rogatus · Nos autem & secundum eoz eandem

interpretationem ostendimus unitatem patēnæ maiestatis & filii · Nam. cum pater rogatur & filius: æqualitas præcationis operationis indicā unitatem · Si autem non illis placet Filio dictū · Domine. Videmus quod etiam dominum eū negare conantur · Sed iam quia martyris tā-ti corona præcessit: studia certaminis relaxe-mus · ferias hodierni sermonis habeamus. + Prosequamur sanctum martyrem laudibus: + sicut & post magna decebat certamina · Vul-neribus quidem aduersarii cruentatum sed christi praemii coronatum · / · / ·

CONSYDERANTI MIHI
IMPERATOR AVGVSTE
QVA RATIONE SIC ERA-
VERIT HOMINVM GE-
NVS: VT DE DEI FILIO
PLERIQVE VAE MIHI
DIVERSA SEQVEREN-
tur: nequaquam satis mirum uidetur quia

errauit humana scientia de supernis: sed quia
de scripturis non detulit hobedientiam. Quid
u. mirum si mysterium dei patris domini no-
stri ihesu christi inquo sunt omnes thesauri sa-
pientiæ & scientiæ abscondit: per sapientiam
mundi non potuerunt homines compraehē-
dere quod nec angeli cognoscere nisi ex reuela-
tione potuerunt. Quis u. potuit opinione ma-
gis quam fide sequ dominum ihēsum nc
de cœli altissimis inferna penetrantem, nūc
ab inferis ad cœlestia resurgentem subito exi-
nanitum ut habitaret in nobis, nec unquā
imminutum cum semper filius in patre &
filio pater esset. Dubitauit in eo ipse præ-
nuncius licet per synagogæ typum. Dubi-
tauit ipse ante domini faciem destinatus.
Denique missus discipulis interrogat. Tu
es qui uenturus es an alium expectamus.
Obstupuerunt & angeli cœleste mysteriuz.
Vnde cum resurgeret dominus: atque illū
quem dudum secundum carnem angustus
sepulchri locus texerat resurgentem ab in-
feris cœli alta sustinere non possent: hæse-

runt etā

runt etiam caelestia opinionis incerto.
Veniebat .n. nobis victor redimitus exuuiis
dominus in templo sancto suo. Præibant angeli
& archangeli mirantes spolium ex morte quæ-
situm & quanuis scirent nihil deo accedere ex
carne potuisse qua infra deum omnia sunt.
tamen trophæa crucis cuius principium sup
humeros eius & triumphatoris manubias in-
tuentes quasi eum quem emiserant cæli pō-
tæ capere non possent: Licet nunquam eius
capiant maiestatem maiorem uiam quære-
bant aliquam reuertenti adeo nihil eximani-
tus amiserat: debuit tamen nouo uictori no-
uum iter parari. Semper .n. uictor tanquaz
maior & præcelsior æstimatur. Sed quia æ-
næ sunt iustitiæ portæ. ædemque noui & ue-
teris testamenti: quibus cælum aperitur non
murantur utique sed eleuantur: Quia .nō unꝰ
homo sed totus in omnium redemptorem mū-
dus intrabat. Translatus erat enoch raptus
helias. Sed non est seruus supra dominum.
Nullus .n. ascendit in cælum nisi qui descen-
dit è cælo. Nam & Moysen licet corpus eius

non apparuerit interris nusquam tamen in
gloria cœlesti legimus nisi postea quam dom-
nus resurrectionis suæ pignore uincula soluit
inferni & piorum animas eleuauit. Transla-
tus ergo Enoch, raptus helias, ambo famuli +
ambo cum corpore sed non post resurrectio-
nem non cum manubiis mortis & triumpho
crucis uiderant illos angeli. Et ideo Domi-
num omnium primum ac solum de morte
triumphantem uenire cernentes tolli portas
principibus imperabant cum admiratione
dicentes. Tollite portas principes uestras &
eleuamini portæ æternales & introibit rex
gloriæ. Erant tamen adhuc & incœlestibus q.
stuperent qui admirarentur nouam pompā
nouam gloriam & ideo requirebant. Quis ē
iste rex gloriæ. Sed quia & angeli processus ha-
bent scientiæ & capacitatem profectus habent
utique discretionēs uirtutis atque prudentiae.
Solus. H. sine processu deus quia in omni perfecti-
one semper æternus est. Dicebant alii illi utique
qui affuerant resurgenti illi qui uiderant
uel iam cognouerant. Dominus fortis &

potens dominus potens inprælio. Iterum multitu-
do angelorum triumphali agmine præcinebant.
Tollite portas principis uestri & eleuamini portæ
æternales & introibit rex gloriæ. Rursus alii stu-
pentes dicebant. Quis est iste rex gloriæ. Vidimus
eum non habentem speciem neque decorem. Si
ergo ipse non est quis est iste rex gloriæ. Respon-
detur à scientibus. Dominus uirtutum ipse est
rex gloriæ. Ergo dominus uirtutum est filius &
quomodo infirmum arriani dicunt quem domi-
num uirtutum sicut patrem credimus. Quomo
arriani discretionem faciunt potestatis: cum dm
Sabaoth patrem sabaoth dominum sabaoth filiū
legerimus. Nam & hic sic positum plærique codi-
ces habent. Quod dominus sabaoth ipse sit rex
gloriæ. Sabaoth autem interpretes alicubi domi-
num uirtutum. alicubi regem alicubi omnipotē-
tem interpretati sunt. Ergo quoniam qui asce-
dit filius est: qui ascendit autem dominus est sa-
baoth. omnipotens igitur dei filius est. Quid igitur
agemus quomodo ascendemus ad cælum. Sunt
illic dispositæ potestates ordinati principes qui cæ-
li ianuas seruant qui ascendentem interrogant

Quis me admittit nisi omnipotentem annunciem
christum. Clausæ sunt portæ non cuicunque
aperiuntur non quicunque uult nisi qui fide-
liter credat ingreditur. Custoditur aula imperi-
alis. Sed esto indignus obrepserit Latuerit princi-
pes portarum cælestium. discubuerit in cæna do-
mini: ingressus est dominus conuiuij. Videns nō
indutum nuptiale fidei uestimentum / proiicit
eum in tenebras exteriores: Vbi sit fletus & stri-
dor dentium: si fidem pacemque non seruet. +
Seruemus igitur nuptiale quod accepimus ue-
stimentum nec christo propria denegemus qūe
omnipotentem annunciant angeli. prophetæ
significant. Apostoli testificantur sicut iam sup̄
ostendimus. Et fortasse non de istius tantuz-
modi cæli portis propheta dixerit quod præteri-
bit. & alios. u. cælos dei uerbum penetrat de q-
bus dictum est. Habemus. u. sacerdotem magn̄v
principem sacerdotum qui pertransiuit cælos
ihesum filium dei. Qui sunt isti cæli nisi & ii
de quibus dicit propheta. Cæli enarrant gloriā
dei. Stat. u. christus ad ianuam mentis tuae:
audi eum dicentem. Ecce sto ad ianuam & pulso.

Si quis mihi aperuerit ingrediar ad eum & cœna-
bo cum eo & ipse mecum. Stat ergo & non solū
stat. Sed præcedunt eum angeli qui dicunt. Tolli-
te portas principis uestri. Quas portas. Illas
utique de quibus & alibi dicit. Aperite mihi por-
tas iustitiæ. Aperi ergo christo portas tuas ut
ingrediatur inte. Aperi portas iustitiæ. Aperi pō-
tas pudicitiæ. Aperi portas fortitudinis atque sapi-
entiæ. Crede angelis dicentibus. eleuamini pōtæ
æternales Vt introeat rex gloriæ ínte dominꝰ
sabaoth: porta tua uocis fidelis canora confessio
est. porta tua hostium uerbi est quam sibi aptꝰ
optat aperire dicens. Vt aperiatur mihi hostiū
uerbi ad eloquendum mysterium christi. Ape-
riatur igitur christo porta tua nec solum aperi-
atur sed etiam eleuetur: si tamen æternalis est
non caduca. Scriptum est. u. Et eleuamini pōtæ
æternales. Eleuatum est super limen Esaiæ: quā-
dō Seraphin labia eius tetigit: & iudit regem do-
minum Sabaoth. Tuæ ergo portæ eleuabuntur si
sempiternum si omnipotentem si inæstimabilem
si incomprahensibilem si eum qui & præterita
omnia & futura nouerit filium dei credas. Q d

si prætinitæ potestatis & scientiæ subiectumque +
opineris non eleuas portas æternales. Eleuentur
ergo portæ tuæ Vt non arriani sensu parvulus
non pusillus non subditus ad te christus introeat
sed intret in dei forma intret cum patre intret ta-
lis qualis est, & cęlū & omnia supergressus & mittat
tibi spiritum sanctum expedit tibi ut credas qa
ascendit & sedet ad dexteram patris. Nam si eū
inter creaturam sed terrenam impia cogitatione
detineas si non tibi abeat non tibi ascendat nec
paraclytus ad te ueniet: sicut ipse dixit. Nam
si ego non abiero paraclytus non ueniet ad uos.
Si autem abiero mittam illum ad uos. Quod si
inter terrenos eum requiras sicut Magdalenae
maria requirebat: caue ne & tibi dicat. Noli me
tangere. Nondum. H. ascendi ad patrem meum.
Portæ. H. tuæ angustæ sunt capere me nō que-
unt eleuare non queunt intrare non possum.
Vade ergo ad fratres meos. hoc est ad illas por-
tas æternales quæ cum ihesum uiderint eleuā-
tur: æternalis porta ē Petrus cui portæ inferi
non prævalebunt: æternales portæ Iohannes
& Iacobus: utpote filii tonitrui æternales pōtæ

sunt ecclesiæ ubi laudes christi annunciare
propheta desyderans dicit Vt annunciem ōs
laudes suas in portis filiæ syon · Grande ergo
mysterium christi quod stupuerunt angeli et
ideo uenerari debes ut domino famulus dero-
gare non debes ignorare non licet · Propterea
.h. descendit ut credas · Si non credis non de-
scendit tibi non tibi passus est · Si non uenis-
sem inquit & locutus fuissem eis peccatum
non haberent · Nunc autem excusationē non
habent de peccato · Qui me odit & patrem meū
odit · Quis igitur odit christum nisi qui de-
rogat ℣ Sicut .h. amoris est deferre : ita est o
odii derogare · ℣ Qui odit quaestionem mouet ·
Qui amat reuerentiam defert ·

ISCVTIAMVS eorum aliās quæstionē.
Scriptum est inquiunt · Omnis uiri ca-
put christus caput autem mulieris uir · ca-
put autem christi deus · Quia in quæstione dicūt ·
Vtrum utrum confugere an diuidere hæc quat-
tuor uelint · Si .h. coniungere atque dicunt +

deum caput esse christi sicut est uir mulieris caput. Videte quid incidant. Nam si hæc tāq̄ ex paribus sumpta est comparatio: & hæc quattuor. i. mulier uir christus & deus quasi ex uniuus atque eiusdem naturæ similitudine comparantur: ergo mulier & deus unius incipiūt esse naturæ. Quod si hoc displicet quia sacrilegium est dicere ut uolunt diuidant. Itaque si christi caput deum patrem uolunt esse sic est mulier apud uirum: Vnius utique christum & deum dicunt esse substantiæ: quoniam mulier & uir unius incarne naturæ. Nam quod distat in sexu est. Cum uero inter christum & deum patrem sexus non interueniat quod unum inter filium & patrem in natura ē fatebuntur. quod diuersum in sexu ē. denegabunt. Placet ne ista diuisio. An mulierem & uirum unius uolunt esse substātiæ: christum & patrem separant. Hæccine igitur diuisio placet. Si ita est uidete quid incidant. Aut H. se non solum arrianos sed etiam fotinianos necesse est confiteantur qa christum hominem tantum fatentur quem

humanæ tantummodo naturæ existimant
copulandum aut uel inuitus acquiescere
pars est nostræ sententiæ per quam id qđ im-
pie cogitarunt pie religioseq; defendimus.
Vt sit christus quidem secundum generationē
diuinam dei uirtus. secundum assumptionē
autem carnis unius cum omnibus hominibus
in carne substantiæ salua tamen incarnatiōis
suæ gloria / qua ueritatem suscepit non ima-
ginem carnis. Sit ergo iuxta humanam con-
ditionem caput christi deus. Quia diuinitas +
ut pote creatrix est creaturæ. & bene dixit
caput christi deus: ut & diuinitatem christi si-
gnificaret & carnem hoc est incarnationem in
christi nomine. In deo autem unitatem diui-
nitatis & magnitudinem potestatis. Eousque
caput christi deus secundum incarnationem +
dictum est: ut et caput uiri christus secundū
incarnationem uerbi dictum sit. Quod alibi
apostostolus euidenter exposuit dicens. Quoniã
uir caput mulieris sicut & christus caput eccle-
siæ: & in consequentibus addidit. Qui se tradi-
dit pro ea. Secundum incarnationem igitur

caput uiri christus quia secundum incarnationem facta traditio est. Ergo caput christi deus. Vbi seruu hoc est hominis non dei fōma tractatur. Sed nihil. præiudicat dei filio si secundum carnis ueritatem similis sit hominibus qui diuinitate cum patre unum ē. Nō. H. potestas hac interpretatione minuī sed misericordia prædicatur. Quis autem unam dei diuinitatem patris & filii pie abneget. cum ipse dominus consumaturus præcepta discipulis suis dixerit: Vt sint unum sicut & nos + unum sumus. Ego in his & tu in me. Pro testimonio. H. fidei positum est. Licet ab arriānis ad argumentum perfidiæ deriuetur. Etēnim quoniam totiens Lectam negare non queunt unitatem extenuare conantur: Vt talis uideatur diuitatis unitas inter patrem & filiū qualis est inter homines unitas deuotiōis & fidei. Vnde & illud aptissime soluitur: quod ad extenuationem dominicę unitatis obiicere consueuerunt. Qua scriptum est. Qui autem plantat & qui rigat unum sunt. Hoc arriani si saperent non obiicerent. Quomodo

enim negare conantur quia pater & filius unū
sunt: cum Paulus & Apollo & natura unū sint
& fide. Sed tamen per omnia unum ss ee nō
possunt quia nequeunt comparari humana
diuinis. Inseparabilis ergo deus pater uerbo
Inseparabilis uirtuti Inseparabilus sapientiae
p diuinae unitatem substantiae. & est ī filio
sicut frequenter est scriptum. Est uero nō ut
egentem sanctificans ut uacuum implens qa
non uacua dei uirtus. nec. H. uirtus uirtute
augetur quia non duae uirtutes sed una vir-
tus: nec diuinitas diuinitatem accipit. quia
non duae diuinitates sed una diuinitas. Nos
autem per acceptam & inhabitantem ī nobis
uirtutem unum erimus in christo. Communis
ergo littera. Sed discrepans diuina humanaq;
substantia. Nos unum erimus. Pater & filius
unum sunt. Nos secundum gratiam filius fm
substantiam. Alia autem per cōiunctionem
alia per naturam unitas. Denique uide qd
ante praemiserit. Vt omnes unum sint sicut
tu pater in me & ego in te. Consydera ergo quā
non dixit Tu in nobis & nos in te. Sed tu ī me.

& ego inte. Vt se à creaturis separaret addidit
& usti in nobis. Vt etiam & hic suam potentiã
& patris à nobis secerneret. Vt quod nos ī prē
& filio sumus non naturæ uideatur esse sed
gratiæ. Quod autem filius & pater sunt unum
non hoc filium accepisse per gratiam sed natv-
raliter ut filius possidere credatur. Aliud rur-
sus obiiciunt asserentes unam atque eandem
potestatem filii & patris esse non posse. Quia
ipse dixit. Amen amen dico uobis. Non põt
filius facere à se quicquam nisi quod uiderit
patrem facientem. Itaque nihil ex se, filius
dicunt facere posse nisi quod uiderit prem
facientem. O præscia sapientia infidelium ar-
gumentorum quæ subiecit quo solueret quæ-
stionem addendo quod sequitur. Quia quæ-
cunque ille fecerit eadem & filius facit similiter.
Hoc nempe sequitur. Quare ergo semptũ est
eadem facit filius & non talia nisi ut filio uni-
tatem non imitationem paterni operis existi-
mares? Sed tamen ut illorum quoque ar-
gumenta discutiamus: quæro ut respodeãt.
Vtrum uideat filius opera patris? Videt

itaque an non.~ Si uidet ergo & facit. Si fa-
cit desinant omnipotentem negare: quem
omnia posse facere: quæ patrem facientẽ
uiderit confitentur. Quid est autem uiderit.~
Corporalium ne aliquis usus oculorum est.~
Sed si hoc de filio uelint dicere corporalis etiã
in patre usum operationis ostendant. Vt fa-
cientem uideat quod ipse facturus est. Quid
est autem non potest filius facere à se quic-
quam.~ Hoc interrogemus: hoc consyderemus.
Est ergo aliquid impossibile dei uirtuti atque
sapientiæ.~ Hoc est. H. dei filius qui utique nõ
alienam accipit fortitudinem: sed quemadmo-
dum uita est non aliena uiuificatione sub-
nixus sed alios uiuificans: qua ipse uita ẽ.
Ita etiam sapientia ẽ non quasi insipiens ac-
cipiens sapientiam: sed qui de suo alios faci-
at esse sapientes. Ita etiam uirtus est non
quasi per Infirmitatem consecutus incremẽta
uirtutis: sed ipse uirtus: qui uirtutem for-
tibus largiatur. Quomodo ergo uirtus quasi
cum iuris iurandi attestatione dicit. Amen
amen dico uobis quod est fideliter dico. Fidelr

ergo dicis domine ihesu & cum sacramēti
quadam repetitione confirmas quod nihil
facere potes nisi quod facientem patrem vi-
deris. Fecisti mundum. Nunquid alterum
mundum pater tuus fecit quem quasi ad
exemplar acceperis? Ergo necesse ē fatea-
tur impii aut duos aut certe multos esse
mundos: quod philosophi asserunt: aut se
etiam in hoc errore gentilitatis involuant
aut si volunt verum sequi dicant sine exē-
plari te fecisse quod feceris. Dic mihi dñe
quando in mari patrem incarnatum vide-
ris ambulantem? Ego. n. nescio. ego hoc
de patre credere sacrilegum puto quia te
solum carnem assumpsisse cognovi. qñ
videris in nuptiis patrem aquam in vinū
vertentem? Sed solum te unigenitum fi-
lium legi ex patre natum: solum te exspi-
ritu sancto accepi & virgine secundum
incarnationis sacramenta generatum. Er-
go ista quæ memoravimus à te gesta nō
fecit pater. Sed sine exemplo paterni ope-
ris ad redimendam tuo sanguine mūdi

ſalutem. immaculatuſ ex aluo uirginis
proceſſiſti. Ac ne forte incarnationis tantum-
modo putent ſequeſtrandum eſſe myſteriū.
Licet cum dicant non poteſt filiuſ à ſe facere
quicquam nihil excipiant ita ut quidam im-
piuſ dixerit nec calicem facere poteſt tam te-
nerario auſu petulantíque ſermone maieſta-
tem ſupernæ uirtutis irridens. Dic domine ihe-
ſu quam terram ſine te pater fecerit. Cælum
H. ſine te non fecit. Quia ſcriptum eſt. Ver-
bo domini cæli firmati ſunt. Sed nec terram
ſine te fecit. Quia ſcriptum ē. Omnia per
ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum ē nihil.
Nam ſi aliquid ſine te deo uerbo pater fecit.
non ergo omnia facta per uerbum & euā-
geliſta mentitur. Quod ſi omnia facta per
uerbum & omnia per te cœperunt eſſe
quæ non erant. Vtique quæ non uidiſti à
patre facta à teipſo feciſti. Niſi forte philoſo-
phicas tibi ideas platonica illa diſputatione
præſtituunt quaſ ab ipſis tamen philoſophis
ſamuſ irriſas. Si autem ex te ipſe feciſti:
uana eſt aſſertio perfidorum: quæ auctori

omnium cui supperit ex se faciendi magi-
sterium tribuit discendi profectum. Quod si
per te negant cœlum factum esse uel tẽrã
consyderent impii quo se suo furore praeci-
pitent cum scriptum sit. Dii qui non fecerũt
cœlum & terram pereant. Peribit ergo ó
arriani qui quod perierat & repperit & rede-
mit. Sed ad proposita reuertamur. Quomõ
non potest filius facere à se quicquam. Que-
ramus quid sit quod facere non possit.
Multæ sunt impossibilitatum differentiæ.
Est aliquid natura impossibile & est aliquid
quod ẽ possibile per naturam / impossibile
per infirmitatem. Est etiam tertium quod
sit possibile per corporis & animi firmita-
tem: impossibile per imperitiam aut impo-
tentiam. Est etiam quod per definitionem
immutabilis propositi & constantis perseue-
rantiam uoluntatis atque amicitiæ fidez
sit impossibile mutari. Sed ut hæc eundẽ-
tus possimus aduertere per exempla nob
disputatio dirigatur. Impossibile est ut
auil sapientiæ disciplinam aliqua assequtur.

aut arrian

aut artem. Impossibile est. ꝛꝛ. Lapidem moue-
ri nisi motu moueatur alterius: Non pōt
ergo lapis per se ipsum moueri & transire de
loco. Non potest ăquila ētiam humanis im-
bui disciplinis. habes unam speciem: cui im-
possibilitatis causa natura est. Impossibile ē
& Lapidem prodire quoquam: impossibile ē
& debilem facere opera robusti. Sed huic alia
impossibilitatis ē causa. Quod. ꝛꝛ. per naturā
facere potest per infirmitatem non potest.
Causa igitur hic quoque impossibilitatis infirmi-
tatis. alia ergo impossibilitatis hæc species q̄m
à faciendi possibilitate corporis infirmitate
reuocatur. Tertia quoque impossibilitatis est
causa: quia etiam si per naturam quis et fir-
mitatem corporis facere aliquid posset: non
potest tamen facere per imperitiam uel impo
tentiam Vt aut indoctus aut seruus. Quas +
igitur harum quas enumerauimus impossibili-
tatum causas: Vt quartam interim sequestre-
mus: filio dei existimas conuenire. ~ Nunquid
insensibilis per naturam & immobilis sicut la-
pis. ~ Lapis quidem est impiis in ruinam. ꝛꝛ

Fidelibus angularis sed non insensibilis supra
quem sensibilium populorum fideles ædificantur affectus. Non immobilis petra. Bibebant
.n. ex consequenti petra. petra autem erat christus. Non ergo paternum opus per naturae distantiam impossibile christo. Nunquid forte
per debilitatem impossibile ei aliquid existimamus? Sed non ille debilis qui aliorum debilitates imperiali sanabat iussu. An debilis uidebatur cum paralitico præcipiens. Tolle grabatum
tuum & ambula: sanitatis iam mandabat officium cum adhuc ille remedium sanitatis oraret? Num debilis dominus uirtutum cum illuminaret cæcos: Inclinatos erigeret. Mortuos
suscitaret. Votis nostris medicinæ præcurrer&
effectus. oratus curarer: & symbriæ mundaret
ad tactum? nisi forte debilitatem illam impii
putabatis quando uulnera eius uidebatis. Erāt
quidem illa corporis uulnera: sed non erat uteris illius illa debilitas ex quo uita omnium
profluebat. Vnde & propheta dixit. Liuore eī
nos sanati sumus. An qui in uulnere debilis
non eratierat ī maiestate? Quomodo quæso

cum dæmonijs imperaret & reis peccata dimit-
teret. an cum rogaret patrem. Quo loco fortᵃˢ
se dicant: quomodo pater & filius unum sunt
si filius nunc imperat nunc precatur. & unū
sunt & imperat & precatur. Sed neque cū im-
perat solus. nec cum precatur infirmus. Solus
non est quia quæcunque filius facit pater fac̄.
Infirmus non ē quia & si in carne infirmatus ē
propter peccata nostra: tamen illa nostræ erat
pacis eruditio: sicut scriptum ē: non suæ ma-
iestatis infirmitas. Denique ut scias quia se-
cundum hominem rogat. diuinitate imperat.
Habes in euangelio quia petro dixit. Rogaui
pro te ut non deficiat fides tua. Eidem autem
supradicenti. Tu es christus filius dei uiui. Re-
spondit. Tu es petrus & super hanc petram ædi-
ficabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues reg̃
cælorum. Ergo cu propria auctōritate regnū
dabat: huius fidem firmare non poterat. Quez
cum petram dicit firmamentum ecclesiæ in-
dicauit. Quando igitur roget quando imper&
consydera. Rogat quando passurus ostenditur.
Imperat quando filius dei creditur. Duas igit̃

ſpecies impossibilitatis uacare iam cernimuſ. qd
neque inſenſibilis neque infirma poteſt esse dei
uirtuſ. Nunquid tertium profertis ī medium: qd
quaſi imperituſ ſine miniſtro facere nihil poſſit
aut ſeruuſ ſine domino? Ergo mentituſ es dn̄e
ihesu: qui te & magiſtrum & dominum ipse
dixiſti: & fefelliſti diſcipulos tuos dicens. Vos uo-
catis me magiſtrum & dominum & bene faciti.
Sum. H. ſed non fallis ueritas eos præſertim q̄s
amicos uocaſti. tamen ut ſi imperitum te ab
artifice ſecernant. Videro utrum tibi hoc eſt dī
ſapientiæ dicant peritiam defuiſſe: unitatem
tamen ſubſtantiæ inter te & patrem ſeparare
non possunt. Artificem namque ab imperito
imprudentia non natura ſecernit. Sed nō in
patre artificium neque in te inſipientia. Non ē
H. inſipiens ſapientia. Ergo ſi neque inſenſibiliſ
in filio natura neque debilitas neque imperiti ā
neque ſeruituſ poteſt esse conſyderent quod p
naturam & maieſtatem unum ſit cum patre
filiuſ: & per operationem non diſcrepet à prē
uirtuſ. cum omnia quæ pater fecerit eadem &
filiuſ facit ſimiliter. Neque. H. ſimiliter poteſt

quisquam facere idem opus quod aliuſ fecerit:
nisi qui in æqualitate ē non operationis: et na-
turæ eiuſdem habeat unitatem. Ergo ſi filiuſ
& per eiuſdem cum patre archanum commu-
ne naturæ inuiſibiliter & uidere & facere po-
teſt: & per plenitudinem diuinitatis quod uolu-
erit exequi quid ſupereſt nisi ut per unitates
inſeparabilis poteſtatis nihil credamuſ filium
facere nisi quod uiderit facientem patrem.
Quia per incomparabilem caritatem nihil à
se facit filiuſ quoniam nihil uult quod pater
nolit: quod utique non infirmitatis ſed unita-
tis eſt. Ergo nec contumax filiuſ: vt etiam de
quarta propoſitione dicamuſ. Nihil. H. conſili-
ariuſ filiuſ facit quod cum patris non conueniat
uoluntate. Denique uidit pater quæ facit filiuſ
& probauit quia bona ualde. Sic. H. habes in ge-
neſi. Et dixit deus fiat lux. & facta eſt lux. &
uidit deus lucem: quia bona eſt. Nunquid hic
dixit pater fiat talis lux qualem ipse feci? Sed
fiat lux quæ ante non fuerat / aut filiuſ qualē
faceret interrogauit? Sed fecit ut uoluit: qualē
pater eoulque uoluit ut probaret. Ergo nouū

filii est. Similiter ergo uidet filius patris opus: sicut pater opus filii nec quasi alienum laudat sed quasi proprium recognoscit. Quæcunque u- pater fecerit: eadem & filius facit similiter: ut + idem opus patris filiique sentires. Nihil ergo facit filius nisi quod pater probet pater laude pater uelit quia ex patre totus est non ut creatura quæ multa committit dum studio Lapsuque peccati uoluntatem frequenter offēdit auctoris. Nihil ergo filius facit nisi quod placeat patri quia una uoluntas una sententia est. Vna est uera caritas. Vnus operationis effectus. Denique ut scias caritatis esse quod n̄ potest à se filius facere quicquam nisi quod uiderit facientem patrem cum præmisisset. Quæcunque inquit ille fecerit eadem & filiꝰ facit similiter subiecit. Pater. u. diligit filium. Ergo quod dixit scriptura quia non potest ad inseparabilis & indiuiduæ caritatis rettulit unitatem. Quod si naturaliter est ut uere est inseparabilis caritas: inseparabilis utique est etiam operatio naturaliter / & impossibile ut opus filii cum patria n̄o cōueniat uoluntate:

quando id quod filius operatur, operat̃ & pater:
& quod pater operatur, operatur & filius. & qd̃
loquitur filius loquitur & pater, sicut scriptū
est. Pater meus qui in me manet ipse loquit̃.
& opera quæ ego facio ipse facit. Nihil. u. pa-
ter sine uirtute atque sapientia sua condidit.
Quia omnia in sapientia fecit sicut scriptum ē.
Omnia in sapientia fecisti. Nihil etiam dei ver-
bum sine patre facit. non operatur sine patre:
non sine patria uoluntate sacrosanctæ illi se ob-
tulit salutaris mundi totius hostia passioni nō
sine patria uoluntate mortuos suscitauit. De-
nique Lazarum suscitaturus: leuauit oculos +
sursum & dixit. Pater gratias tibi ago quia +
audisti me & ego sciebam quia semper me au-
dis: sed̀ propter turbam quæ circunstat me di-
xi. ut credant qua tu me misisti. Vt quāuis
ex persona hominis in carne loqueretur: uni-
tatem tamen paternæ uoluntatis & operatiōis
exprimeret. Quia pater omnia audit omīa
uidet quæ uult filius. Videt ergo & pater fa-
cientem filium audit uolentem. Denique
non rogauit & exauditum se esse dixit.

Et ut ſcias quia ſemper auditur à patre nō
quaſi ſeruus nec quaſi propheta ſed quaſi fi-
lius. Et ego inquit ſciebam quia ſemper me
audis. Sed propter turbam quæ circunſtat
dixi: ut credant quia tu me miſiſti. Propter
nos igitur gratias agit: ne eundem patrem
eundemque filium esse credamus. cum ides
opus patris audimus & filii. Nam ut cogno-
ſceres non quaſi infirmum gratias egisset ſz
quaſi dei filium ſemper ſibi diuinam potētiā
uendicare clamauit. Lazare ueni foras.
Imperantis utique uox ista est non precan-
tis. Sed ad ſuperiora redeamus et propoſita
concludamus. Facit quaſi uerbum filius uo-
luntatem patris. Verbum hoc noſtrum uti-
que prolatiuum est. Syllabæ ſunt. Sonū
est. & tamen à ſenſu noſtro & mente non
diſcrepat, & quæ interiore tenemus affectu
ea tanquam operantis uerbi teſtificatione
ſignamus. Sed non ſermo noſter operatī.
Solum est uerbum dei quod nec prolati-
uum est ſed quod operatur & uiuit et
ſanat. Vis ſcire quale uerbum. Audi +

dicentem · Viuum · H · uerbum dei & ualidum
atque operatorium & acutum est omni gla-
dio acutissimo penetrans usque ad diuisionē
animæ & spiritus artuumque & medullar-
Vēbum igitur audis dei filium & à patria
uoluntate & potestate secernis · Audis quia
uiuit audis quia sanat · Huli ergo nostro
comparare uerbo · Si · H · uerbum nostrum
quæ non obtutu uiderit non auditu audi-
erit loquitur: & loquī tamen cognita per-
quædam naturæ humanæ interna mysteria
quomodo non impius qui secundum diuini-
tatem in deī uerbo & obtutum quendam cor-
porum exegit · & auditum : & putat quia nō
possit à se quicquam facere filius nisi quod
patrem facientem uiderit cum per unitatem
ut diximus eiusdem substantiæ idem uelle
atque idem nolle & idem posse & in patre
sit & in filio & in spiritu sancto ·˜ Quod si
homines plærunque sensuum qualitate di-
screti tamen uniius propositi intentionem +
concordant: quid de patre nos & dei filio cō-
gruit existimare cum id quod humana +

imitatuſk caritaſ ſubſtantia diuina possideat.
Quidam etiam hoc ad inæqualitatem dei patris & filii obiiciendum uſurpare conſueuerunt, quo dicant omnipotentem patrem ēe qui generauit filium negent autem omnipotentem filium dicentes quia generare nō potuit. Quod hic argumentum inæqualitatis? Generatio. u. paternæ proprietatis eſt non potentiæ & pietas æquat non ſeparat. Denique in ipso uſu noſtræ infirmitatis frequenter euenire cognoſcimus ut infirmi filios habeant, & non habeant fortiores habeāt ſerui & non habeant domini: habeant inopes non habeant qui potentes ſunt. Sed si dicunt hoc infirmitatis esse quia homines uolūt filios habere nec possunt. Quamuis humana non ſint conferenda diuinis intelligāt tamen inter ipsos quoque homines nō potentiæ esse ſed paternæ proprietatis habē filios: uel non habere nec in poteſtate noſtræ uoluntatis esse generare ſed in corpoīs qualitate. Nam si esset potentiæ utique potentior multos haberet filios. Ergo nō ē

potentiæ habere filios uel non habere. Nūqd
naturæ ē? Si naturae infirmitatem puta-
tis & ad humana uos, confertis exempla: ea-
dem patris est natura quæ filii est. Itaque
aut uerbum filium dicitis & patri in filio de-
rogatis per unitatem eiusdem naturae.
Sicut. n. pater natura deus est ita & filius aũ
si negatis esse uerum filium hoc est eiusdẽ
naturæ: non est ergo generatus filius nō ge-
neraui pater. Colligitur utique iuxta senten-
tiam uestram, Vt non sit omnipotens deus pa-
ter quia generare non potuit si non generauit
filium sed creauit. Verum ipsi magis quã no-
bis credendum ē. Ille ait. Genui: & frequẽter
ait generationis suæ testis. Non est ergo natu
ræ non est potentiæ in christo aliqua quia
non generauit infirmitas. Quia generatio sic
sæpe iam diximus non ad sublimitatem potẽtię
sed ad proprietatem refertur naturæ. Nam si
ideo omnipotens pater quia filium habet: oĩ
potentior ergo esse potuit si plures haberet.
An uero potentia eius in una generatione de-
fecit? Adeo ostendam & christum habẽ filios:

quos quottidie generat sed ea generatione ut
potius regenerationem quæ potestatis ē nō na-
turæ. Adoptio·n· potestatis est non naturæ ge-
neratio proprietatis quód ipsa scriptura nos do-
cuit. Dicit·n· Iohannes· Quia in hoc mundo erat
& mundus per ipsum factus est. & mundus ēv
non cognouit. & sui eum non receperunt. +
Quot quot autem receperunt eum dedit eis
potestatem filios dei fieri: iis qui credunt in no-
mine eius. Didicimus itaque potestatis esse qđ
nos filios dei fecit. proprietatem generationis
esse in christo oracula diuina declarant. Di-
cit·n· sapientia dei. Ex ore altissimi prodiui. hæ
est non coacta sed libera non potestati obnoxia
sed nata generationis archano priuilegio do-
minationis & iure pietatis. Denique de eadē
sapientia hoc est de domino ihesu alibi pater
dicit. Ex utero ante luciferum genui te. Quod
utique ideo dixit non ut corporalem aluum
declararet sed ut proprietatem ueræ generati-
onis ostenderet. Nam si ad corporalia referās
ergo & pater cum dolore & conceptione gene-
rauit. Sed absit ut deum ex infirmitate cōpoīs

metiamur. Est quidam uterus paternæ archanum substantiæ interiusque secretum: quod nō angeli neque archangeli. non potestates & dnationes / non aliqua creaturarum potuit penetrare natura. Cum patre. h. semper & in patre sēp est filius: cum patre per distinctionem indissotiabilem trinitatis æternæ. In patre per diuinæ unitatem naturæ. Quis igitur hic arbiter diuinitatis qui discutiat patrem ac filium? Ille quare generauerit. iste aur non generauerit? Seruum suum aut ancillam cur non generauēit nemo condemnat. isti condemnant: cur non generauerit christus. Condemnant. h. sua opinione cum derogant. Nec conugibus inter se cur non generauerint aut caritas minuitur aut meritum derogatur. Isti quia non genera-uit christi minuunt potestatem. Cur inquiūt filius pater non ē? Quia & pater filius non est. Cur non iste generauit? Quia nec ille gn̄atus est. Nec ideo minus habet filius. quia pater non est. nec pater minus habet, quia filius nō est. Dixit. h. filius. Omnia quæ pater habet mā sunt. Adeo generatio in paterna proprietate:

non in iure est potestatis · Est · H · quædam indistincta distinctæ incomprehensibilis & inenarabilis substantia trinitatis · Distinctionem etenim accipimus patris & filii & spiritus sancti nō confusionem distinctionem non separationem distinctionem non pluralitatem · Diuino itaque admirandoque mysterio manentem semper accepimus patrem semper filium semper spiritū sanctum · Non duos patres non duos filios nec duos spiritus · Vnus · u · deus pater: ex quo ōia & nos in ipso · Vnus dominus ihesus p quem omnia & nos per ipsum · Vnius natus ex pre dominus ihesus / & ideo unigenitus · Unus et spiritus sanctus: ut idem apostolus dixit · Sic accepimus sic legimus sic tenemus · Distinctionem scimus · Secreta nescimus · Causas nō nō discutimus: Sacramenta seruamus · Facinus indignum · Vt qui generationis suæ facultatem non habent: diuinæ generationis examen sibi arrogent · Vendicent potestatem · Negent ergo æqualem patri filium quia non genera ū filius · negent æqualem patri filium quia patrem habet · Hoc si de hominibus dicerent: +

quorum aliqui uolunt filios habere nec pos-
sunt: iniuriam putaremus. Si inter duos ho-
nore pares habenti filios qui non habet: ne-
garetur æqualis. Non consistit igitur hæc quæ-
stio, quia æqualis filius patri ideo esse nõ pos-
sit: quia pater genera uerit filium nullum ex
se ipso genera uerit. Nam & fons fluuiũ
generat: & fluuius fontem ex seipso non gene-
rat: & Lux splendorem generat: non splendor
lucem, & una natura est splendoris & lucis.
Unde cum inæqualitatem ex generationis ob-
iectu probare non potuerint: intelligant etiam
illam diuulgatam suæ calumniam quæstiõis
explosam. Solent. u. proponere. Quomodo æ-
qualis potest esse filius patri? Nam si filius est
ante quam generaretur non erat: aut si erat cur
natus est? & arrianos se negare consueuerũt
qui proponunt arrii quæstiones. Itaque exigũt
à nobis responsionem. Vt si dixerimus quia anñ
quam generaretur erat, astute referant. Ergo
ante quam generaretur ~~erat~~ creatus est, & nõ
differre à ceteris creaturis: quia prius coepit +
creatura esse quam filius: & adiicunt. Cur

qui erat natus est.~ an quia imperfectus erat ut
postea perfectior fieret.~ Si autem respondeṙim
quia non erat obiiciunt statim · Ergo generatio
ei contulit ut esset qui non erat ante quam na-
sceretur · Vt hinc colligant · Erat ergo quando
non erat filius · Sed quia hoc proponunt et +
obscuritate nolunt inuoluere ueritatem: dicāt
ipsi · Utrum temporaliter generet pater an in-
temporaliter · Si · H · temporaliter dixerint quod
filio obiiciunt patri ascribent · Vt uideatur pat
coepisse esse quod non erat · Si intemporalitē
quid supereſt nisi ut ipsi soluant quam quā
proposuerunt quæstionem · Ut cum generatio-
nem patris abnuant temporalem: generatio-
nem quoque filii temporalem non esse fatēa-
tur · Si ergo non est generatio eius ex tempore
existimari datur quod nihil præcesserit ante
filium qui non sit ex tempore · Si · H · aliquid
ante filium iam non sunt in ipso creata omnia
quæ uel in cælo sunt uel in terris · Et apostolū
redarguitur qui hoc in epistola sua inscripsit ·
Quod si nihil ante generationem eius: nō ad
uerto cur posterior asseratur quē nēo p̄cessit.

Comendatē

Connectenda est alia eorum plena impietatis obiectio quæ latentem habeat dolum quo sensus facilius mentesque præstringat. Interrogant. H. Vtrum omne quod finem habet: aliquando coeperit, Etsi acceperint huiusmodi responsionem quia quod finem habet coepit aliquando referant. Vtrum pater desierit generare filium. Qd cum tenuerint nostro aspirante consensu contexant: coepit ergo generatio: Vt uideatur in eo coepta qm natus est & natus esse dicatur qui ante non fuerit. Unde definient. Aliquando ergo filius non fuit. Adiicunt etiam alias ineptias loquacitatis suæ dicentes. Verbum patris filius, & ideo genitus dicitur quia uerbum est: quod autem uerbum ē opus non est. Multifarie locutus est pater multos ergo genauit filios si non operatus ē sed locutus est uerbum. Amentes homines quasi non intelligant quid interfit inter prolatiuum sermonem & æternū permanens dei & uerbi ex patre natum: nātv utique non prolatum. In quo non composita syllaba sed plenitudo diuinitatis æternæ est: & uta fine fine. Subtexunt aliam impietatem

proponentes utrum nolens an inuitus genera-
uit pater. Vt si dixerimus nolens antiquiorem
generationem uoluntatem uideamur fateri. &
referant: quia non sit filius coæternus patri. quę
aliquid antecessit aut quia & ipse sit creatuꝝ.
Quia scriptum est. Omnia quæ uoluit fecit:
cum hoc ipsum non de patre & filio sed de iis
quas filius fecit dictum sit creaturis. Sin aũt
inuitum patrem genuisse responderimus: i-
ualidum patrem dixisse uideamur. Sed ni-
hil in sempiterna generatione præcedit: nec
uelle nec nolle. Ergo nec inuitum dixerim
nec uolentem. Quia generatio non in uolun-
tatis possibilitate ẽ sed in iure quodam & propri-
etate paterni uidetur esse secreti. Esto tamẽ.
Sit generatio in uoluntate generantis. Quan-
do hanc uoluntatem fuisse dicuntur? Si in
principio unque si sempiterna uoluntas
sempiternus & filius. Si coepit uoluntas. di-
splicuit igitur sibi quod erat deus ut muta-
ret statum. Displicuit sibi ergo sine filio. pla-
cere coepit in filio pater. Nisi uidetur ĩa illa
consequentia: Vt dicamus. Si studium gnãndi

nostro more assumpsit ergo & cætera quae ge-
nerationem præcedere solent: nostro more as-
sumpsit. Nostræ autem usus generationis no-
tum est non uoluntas. Produnt igitur impie-
tatem suam qui uolunt generationem cœpisse
christi: ut uideatur non generatio illa uerbi ma-
nentis sed prolatio fluentis esse sermonis. Deinde
multos inducendo filios: negent in christo diui-
næ proprietatem naturæ. Vt nec unigenitus nõ
primogenitus existimetur. Postremo ut si princi-
pium accepisse credatur etiam finem uideatur
habituruſ. Sed neque principium assumpsit ali-
quando dei filius qui erat in principio neque fi-
nem qui est principium uniuersitatis & finis.
Nam cum sit principium quomodo quod habe
at accepit? aut quomodo sui finem habebit:
cum omnium ipse sit finis: Vt in illo fine sine
fine maneamus? Dei. H. generatio cum tempo-
ralis non sit nec ante se nec inse tempus inue-
nit. Frigida igitur eorum & uana quæstio in
creaturis ipsis non habet locum. Ipsa. H. quae
temporalia sunt discretionem inquibusdam ha-
bere temporis non uidentur. Lux nẽpe splẽdorẽ

generat nec comprehendi potest quod splendor
luce posterior sit/aut lux splendore antiquior
quia ubi lumen & splendor ē & ubi splendor et
lumen est. Itaque nec sine splendore lumen nec
splendor potest esse sine lumine quia & in splen-
dore lumen & splendor in lumine est. Vnde apo-
stolus splendorem paternæ gloriæ filium dixit
quia splendor paternæ lucis ē filius. Coæternus p-
pter uirtutis æternitatem. Inseparabilis propter
claritudinis unitatem. Ergo si temporalia & de-
ra hæc comprehendere et separare non possu-
mus quæ uidemus: Deum quem non uidemus
qui super omnem est creaturam: in ipso suæ
generationis archano possumus comprehendere.
Possumus eum à filio. tempore separare/ cum oē
tempus opus filii sit. Desinant ergo dicere et an-
te quam generaretur non erat. Ante. ℏ. tempo-
ris est. generatio ante tempora. & ideo quod po-
sterius est prius non ē. Nec opus ante auctorem
putes cum opera ipsa principium de operatore
suo sumant. Nam quomodo ante operatorem
suum usus operis existimatur/ cum omne tēpus
opus sit/ & omne opus de operatore suo ut esset

acceperit. De filio autem dei dicunt quia antequā
generaretur non erat/ hoc est de dei sapientia de
uirtute dei de dei uerbo cuius generatio nihil ān
se nouit. Quod si aliquando ut uolunt nō fuit
quod nefas dictu ē: non fuit ergo in deo perfecti-
onis plenitudo diuinæ: si postea processum gene-
rationis accepit. Tamen ut sciant quam uana sit
& solubilis eorum quæstio. Licet nihil in eo hu-
nis diuinusque commune: tamen docebo homīes
antequam nascerentur fuisse. Aut negent Iacob
sanctum fuisse priusquam nasceretur/ qui frem
supplantauit in materni adhuc uteri positus ar-
chano. Negent Hieremiam antequam nasceretur
fuisse cum dicitur. Priusquam te formarem in u-
tero matris tuæ noui te: & pusquam exires de
uulua sanctificaui te & prophetam ingentibus
posui te. Quid hoc euidentius tanti exemplo pro-
phetæ qui sanctificatus est ante quam natus &
ante quam formaretur est cognitus. Quid etiā
de Iohanne Loquar: de quo mater religiosa re-
statur: quia intra materna situs adhuc uisce-
ra: præsentiam domini spiritu cognouit. exul-
tatione significauit. sicut scriptum meminimus

matre dicente. Ecce. H. ut facta est in auribus mis uox salutationis tuæ exultauit gaudio infans in utero meo. Erat igitur qui prophetabat an nō erat. r At certe erat. Erat. H. qui uenerabatur auctorem erat qui loquebatur in matre. Denique Helisabeth filii spiritu replebatur. Maria filii spiritu sanctificabatur. Sic. H. habes. Quia exultauit infans in utero eius: & repleta ē spiritu sancto. Vide singulorum uerborum propetates. Vocem quidem mariæ Helisabeth audiut. sed Iohannes prior domini gratiam sensit. Pulchre sibi conueniunt oracula oraculas foemina mulieri & pignus pignori. Istae gratiam Loquuntur: illi intus operantur. pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus duplici miraculo. Licet honore duerso prophetant matres spiritu paruulorum. Quis igitur auctor huius miraculi. Nonne dei filius qui fecit esse non natos. De rebus humanis quæstio ūra non potest conuenire: putas ne de diuinis conuenire secretis. Quid est ante quam generaret ē non erat. Nunquid pater aliqua tempora conceptionis accepit. Vt filium tempora præueirent.

aut foemineæ more naturæ generationis suae
molitus est partum: ut molitio ipsa filio esset
antiquior. Quid hoc est? Cur diuina secreta discu-
timus? proprietatem Legi diuinæ generationis
non qualitatem. Facinus indignum ut exsequi-
dam cœlestia metiãtur: qui tanquam unum
de spadonibus putant christum non nasci potuis-
se sed fieri: aut tanquam unum de spadonibus
patrem qui filium quem generare non potuerit
adoptauerit. Plærique etiam hinc faciunt quæ-
stionem quia scriptum est. Sicut misit me ui-
uus pater & ego uiuo propter patrem: & qui
manducat me ipse uiuit propter me. Dicen-
tes. Quomodo æqualis est patri filius: q dixit
quia propter patrem uiuit? Qui hoc propo-
nunt primores ponderant cuiusmodi uita sit
filii. Vtrum ea quam pater largitus sit non
habenti. Sed quomodo uitam aliquando potu-
it non habere cum ipse sit uita. Sicut ait. Ego
sum uia ueritas & uita. Vita utique sempiter-
na sicut uirtus est sempiterna. Aliquando er-
go ut sic loquar si uitam non habuit consy-
derate quid lectum sit hodie de domino ihesu.

Quia mortuus est pro nobis: Vt siue uigilemus
siue dormiamus simul cum illo uiuamus. Cu-
ius mors uita est huius diuinitas uita nō est.
cum diuinitas uita sit sempiterna. An uero
uita eius in patris est potestate. Sed nec cor-
poris quidem sui uitam in alterius fuisse
potestatem memorauit. Sicut scriptum est.
Ego pono animam meam & iterum sumā
illam. Nemo tollit eam à me sed ego pono eā
à me ipso. Potestatem habeo ponendi eam ite-
rum potestatem habeo sumendi eam. Hoc mā-
datum accepi à patre meo. Eius ergo uitam se-
cundum diuinitatem in alterius potestate
posita iudicatur cuius uita secundum cōpūs
alienæ non erat subdita potestati. Aliena
·H· potestas erat si non erat unitas potestatis.
Sed sicut potestatis suæ esse significat ponẽ
animam ex libera uoluntate ita etiam quòd
secundum mandatum deposuit patris suae
ac paternæ uoluntatis significat unitatem.
Ergo si uitam filius neque ab aliq̃ accepit
ex tempore neque alienæ habet potestati sb-
ditam. Videamus qua ratione dixerit. Sicut

misit me uiuus pater & ego uiuo propter pa-
trem · Exponamus ut possumus imo ipse post
exponat · Consydera igitur quid ante præmise-
rit · Act· H· Amen amen dico uobis · ante insti-
tuit quemadmodum audire debeas · Vere ⁊gt.
Vere dico uobis · Nisi manducaueritis cārnem
filii hominis & biberitis sanguinem eius non
habebitis uitam in uobis · Secundum filium
hominis se dicere ante præmisit: & tu quod
secundum filium hominis de carne est locu-
tus & sanguine ad diuinitatem putas esse+
referendum · Denique addidit · Caro mea ue-
re est esca, & sanguis meus est potus · Cānez
audis · Sanguinem audis · mortis dominicæ
sacramenta cognoscis & diuinitati calumnia-
ris · Audi dicentem ipsum · Quia spiritus cā-
nem & ossa non habēt · Nos autem quotiens-
cunque sacramenta sumimus quæ per sacrę
orationis mysterium in carne figurantur et
sanguine mortem domini annunciamus ·
Ergo postea quam se locu secundum hōis
filium declarauit, & carnem sæpe repetiu̇
& sanguinem · subdidit postea · Sicut misit

pnm

me unus pater ego uivo propter & qui mā-
ducat me & ipse uivit propter me. Nonne &
æqualitatem filii cum patre / & similitudinem
eius cum homine manifesta distinctione colli-
gimus. Nam quid est sicut ipse uivit propt̄
patrem & nos vivimus propter ipsum. Quā
sic vivificat filius hominem / sicut pater in
filio carnem vivificavit humanam. Sicut
.H. pater suscitat mortuos & vivificat sic et
filius quos vult vivificat ut ipse dominus
supra dixit. Aequalitas ergo filii ad patrem p
unitatem quoque vivificationis astruitur quā-
do sic vivificat filius ut pater. Agnosce ergo
eius vitam & potentiam sempiternam. Simi-
litudo etiam nostra ad filium & quædam secun-
dum carnem unitas declaratur. Quoniam quē-
admodum di filius à patre sic homo est vivificat
incarne. Sic .H. scriptum est. Qui deus ihesum
christum à mortuis suscitavit ita etiam nos t
quasi homines vivificamur à dei filio. Secūdū
hanc ergo expositionem non solum ad conditio-
nem humanam deriuatur gratia largitatis ſ3
etiam diuinitatis æternitas prædicatur. Diuinita

tas

qua ipse uiuificat. humanæ autem qua uiui-
ficata est in christo. Quod si qu utrunque ad chri
sti referunt ~~dignitat~~ diuinitatem ergo filius dei
hominibus comparatur: Vt ita filius propter pa-
trem uiuat sicut nos propter filium dei uiuim⁹.
Sed filius dei uitam largitur æternam: nos aũte
largiri nequimus. Ergo nostri comparatione ñ
ille largitur. Habeant igitur arriani fidei suę
præmium: nec uitam æternam adipiscantur à
filio. Libet iam ulterius progredi. Nam si illis
placet hunc locum ad diuinæ perpetuitatẽ re-
ferre substantiæ: accipiant ergo aliam expositi-
onem. Nonne euidenter uidemur dicere. Quia
sicut uiuus pater est ita uiuit & filius. Quod
utique quis non aduertat ad unitatem uitae
quod eadem patris & filii uita sit esse referendũ.
Sicut. H. pater uitam habet in se ipso ~~fer~~ sic dedit
& filio uitam habere in semetipso. Dedit per
unitatem: Dedit non ut auferat sed ut clarifi-
cetur in filio. Dedit ut complaceat. Dedit ño
ut pater custodiret sed ut filius possideret. Sed
obiiciendum putant qua dixit. Ego uiuo pp
patrem. Vtique si ad diuinitatem referunt. +

propter patrem uiuit filius quia ex patre filiꝰ
est: propter patrem quia uniuſ ſubſtantiæ eſt
cum patre. propter patrem / quia eructuatum
eſt uerbum ex patris corde quia à patre pro-
ceſſit quia ex paterno generatus eſt utero. qa
fons pater filii eſt: quia radix pater filii eſt.
Sed dicunt fortaſſe. Si unitatem putas patris
ac filii uitæ eſſe cum filius dixerit. Ego uiuo
propter patrem. nunquid unitas filij uitæ +
atque hominum eſt cum dixerit filius. Quia
qui manducat me. & ipse uiuit propter me?
Imo planè ſicut unitatem fateor eſſe uitæ cæle-
ſtis in patre & filio per diuinæ unitatem ſub-
ſtantiæ: ita uel diuinæ naturæ uel dominicæ
incarnationis excepto priuilegio ſocietatem +
nobiſcum uitæ ſpiritalis in filio esse profiteor
per humanæ diuinitatem naturæ. Quales. ꝛ.
cæleſtis tales et cæleſtes. Denique ſicut in illo
ſedemus ad dexteram patris non quia cū ipso
ſedemus ſed qua ſedemus in chriſti corpore.
de quo poſtea dicemus pleniuſ: ſicut inquam
ſedemus in chriſto per corporis unitatem: ita
& in chriſto uiuimus per corporis unitatem.

Non solum autem non uereor quia scriptum est
& ego uiuo propter patrem sed etiam si per ptez
dixisset non uererer. Solent .u. istud obiicere.
Quia dixit. Hæc infirmitas non est ad mortem:
sed pro claritate dei ut clarificetur filius eius
per ipsum. Non est differentia potestatis quia sc̃t
scriptum est. Ex patre omnia & per filium oia.
Non solum .u. per patrem & à patre filius clari-
ficatur. Quia scriptum est. Clarifica me pater.
& alibi. Nunc clarificatus est filius hominis. et
deus clarificatus est in eo: & deus clarificauit eū.
Sed etiam per filium & à filio clarificatur pater.
Quia ueritas dixit. Ego te clarificaui super tēras.
Sicut ergo clarificatur per patrem ita etiam pp
patrem uiuit. Vnde & quidam doxay opinio-
nem magis putauerunt esse quam gloriam.
& ideo sic interpretati sunt. Ego te clarificaui
super terram opus consumaui quod dedisti mi-
hi: & nunc clarifica me pater. hoc est doxason.
Vt sit hic sensus. Ego opininionem de te homi-
nibus huiusmodi infudi ut cognoscant te deū
uerum & tu hanc de me confirma illis opinio-
nem: ut credant me tuum filium & deū uerū.

Iam illud ridiculum est quod quidam ex illo apo-
stolico discretionem inter patrem & filium faciūt
potestatis quia scriptum ē. Nobis tamen unus ds
pater ex quo omnia & nos in ipsum & unus do-
minus ~~deus~~ ihesus per quem omnia et nos per
ipsum. Aiunt. u. non mediocrem diuinæ ma-
iestatis esse distantiam quia dictum est. Ex illo
omnia & per hunc omnia. Nihil autem expſ-
sius quam quod hoc loco omnipotens filius euidē-
ti ratione signatur. Nam ut ex illo omnia ita p
hunc omnia. Inter omnia pater non est: ciu
dictum est. Quoniam uniuersa seruiunt tibi.
Inter omnia filius non est. Quia omnia per
ipsum sunt: & omnia in ipso constant. et ipse
est super omnes celos. Non ergo inter omnia fi-
lius sed super omnia. Qui secundum carnem ē
ex familia iudæorum. Idem tamen est super
omnia deus benedictus in sæcula. Cuius ē nom
super omne nomen & de quo dicitur: omnia +
sub pedibus eius. Subiiciendo autem omnia:
nihil reliquit ei non subiectum: sicut Apostolus
dixit. Quod si hoc etiam secundum incarnatio-
nis locutus est sacramentum: quemadmodum

possumus de supernæ generationis incorporali + maiestate dubitare.~ Nihil igitur potestatis inte patrem & filium certum est interesse. Denique eousque nihil interest potestatis: Vt idem apostolus ex ipso dixerit esse omnia per quem oia. Sicut habes. Quoniam ex ipso & per ipsum et i ipso sunt omnia. Si igitur pater sicut putant tantummodo significatur: non potest idem et omnipotens esse quia ex ipso omnia: & omnipotens non esse quia per ipsum omnia. aut igitur inualidum: nec omnia potentem patrem sua assertione mordebunt: aut certe omnipotetem etiam filium uel inuiti uoce propria fatebuntur. Eligant tamen utrum hic patrem declaratum putent. Si patrem ergo per ipsum oia. Si filium. ~~ex~~ ergo ex ipso omnia. Si autem ex patre omnia nihil utique filio derogandum. & si ex filio omnia similiter et filio deferendus. Ac ne insidiari nos unius arbitrentur obreptione uersiculi totum caput recensemus. O altitudo "diuitiarum" inquit sapientiæ & scientiæ dei.. quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiæ eius. Quis. H. cognouit sensu domini.~

aut quis consiliarius eius fuit.˜ aut quis prior
dedit illi & retribuetur ei.˜ Quoniam ex ipso
& per ipsum & in ipso sunt omnia ipsi gloria
in sæcula. De quo igitur dictum putant.˙ de
patre an de filio.˜ Si de patre Sed non Sapien-
tia dei pater quia sapientia dei filius est. q̄d
est autem quod non possit sapientia de qua
scriptum est. Cum sit omnipotens sapientia
& permanens in se omnia innouatur.˜ nō
ergo accidentem Legimus sed permanentem.
Habes ergo iuxta Solomonem omnipotentē
& permantem sapientiam. habes etiam bona-
Quia scriptum est. Sapientiam autem non
uincit malicia ꝙ. Sed ad propositum reuēta
mur. Quam inscrutabilia sunt inquit iu-
dicia eius. Si igitur omne iudicium pater
dedit filio filium uidetur declarare qui iu-
dicat. Denique ut scias quia non de patre
sed de filio dicit addidit. Quis prior inquit
dedit illi.˜ Dedit. u. pater filio sed dedit iure
generationis non munere Largitatis. Ideo qa
negare non potest à patre accepisse filium
secundum quod scriptum est. Omnia mihi

tradita sūt

tradita sunt à patre meo. Dicendo tamen qs
prior dedit illi non accepisse per naturam à
patre filium denegauit. Sed priorem nō pos-
se dici inter patrem & filium declarauit. Quia
etsi pater dedit filio non tamen quasi posterio-
ri dedit. Quia increata & inæstimabilis trini-
tas quæ uniuus est æternitatis & gloriæ nec tē-
pus nec gradum uel posterioris recipit uel
prioris. Ergo si filio magis conuenit hoc totū
apostolicum caput. Videmus et de filio esse
credendum. Quia ex ipso omnia. sicut scri-
ptum est. Quoniam ex ipso & per ipsum et
in ipso sunt omnia. Esto tamen. De patre
dictum putent. Itaque meminerimus qa
sicut ex ipso legimus omnia ita & per ipm
omnia. In uniuersitatem quippe totius cre-
aturæ patris & filii profertur auctoritas.
Ac licet superius omnipotentem filium patē-
no probauerimus exemplo tamen quia illis de-
rogare studium est consyderent quia & patri
derogant. Si. H. infirmus filius quia per ipsū
omnia: nunquid infirmus & pater: quia &
per patrem omnia. Sed ut agnoscant nullā

disorentionem inter hæc esse: iterum demon-
strabo eiusdem esse: ex quo aliquid & per +
quem aliquid & ostendam utrunque de prē
lectum. Sic. H. habemus. Fidelis deus per quem
uocati estis in communionem filii eius. Quid apo-
stolus dixerit consyderent. Per patrem uocamur
& nihil est quæstionis. Per filium creamur: &
hoc uilius æstimabimus: Pater in communi-
onem filii ~~uocamus~~ uocauit, & religiose hoc
sic ut debemus accipimus. Filius omnia crea-
uit & putant non libere fuisse uoluntatis +
arbitrium: sed coactæ atque seruilis operationis
obsequium. Vt autem agnoscas plenius nihil
distare inter patris & filii potestatem: cum
per patrem in communionem filii eius uoce-
mur. Ex filio est ipsa communio sicut scriptū
est. Quoniam de plenitudine eius nos omes
accepimus. Licet secundum græcum euan-
gelium ex plenitudine eius intelligere debea-
mus. Ecce & per patrem communio: & ex
filio communio sed non discrepans sed una
communio sicut idem Iohannes in epistola
sua dixit. & communicatio nostra sit cum

patre & cum filio eius ihesu christo. Accipe etiam: quia non solum ex patre & filio sed etiam ex spiritu sancto unam nobis communionem scriptura memorauit. Gratia inqũ domini nostri ihesu christi & caritas dei et cõmunicatio sancti spiritus cum omnibus nobis. Quæro autem in quo minor uideatur is per quem omnia quam is ex quo omnia. An ga operator asseritur? Sed operatur & pater. Qa uerus est qui dixit. Pater meus usque modo operatur & ego operor. Sicut igitur pater operatur: operatur & filius. Non ergo pater infirmus aut uilis est quoniam operatur & pater. Et ideo quod commune est cum filio patri uel propter patrem inferiori loco accipi non oportet nec patri potius in filio ab hereticis derogetur. Nec mediocre illud quod alibi et sanctus Iohannes ad refellendas arrianæ perfidiæ quæstiones ait. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam qui facit iusticiam ex ipo natus ẽ. Iustus autem quis est nisi dominus qui iusticias dilexit? Aut quem sicut supiora indicant repromissorem uitæ habemus æternæ.

si filium non habemus. Si igitur filius dei uitam nobis promisit æternam & ipse iustus ē & ex ipso utique nati sumus. aut si ex filio + nos per gratiam natos negant nec iustum filium confitentur. Credat igitur necesse est etiā ex dei filio omnia: quia omnium sicut deus pater ita & filius & auctor est & creator. Videmus ergo manere esse hanc quæstionem cum & de filio credi conueniat quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso ōmnia s̄unt. Diximus quomodo ex ipso: quomodo per ipsum. Etiā in ipso autem omnia esse quis dubitet cum alibi scriptum sit. Quoniam in ipso condita st omnia in cœlis & in ipso creata sunt & ipse est ante omnes & omnia in ipso constant. Habes ergo ex ipso gratiam ipsum operatorē in ipso omnium firmamentum. Illud quoq; ad separandā patris & filii dignitatem obiicē consueuerunt. Quod uitem se filius secundū incarnationem dixerit. Ego sum inquit uitis uera & pater meus agricola ē. Agricolaq; & uitem diuersæ dicentes esse naturæ et uitem esse in agricolæ potestate. Si ergo +

uultis esse filium secundum diuinitatem sicut
uitis est: Vt sine cultore nihil ualeat & possit
deseri uel recidi: & ex littera calumniam com
paratis quia dominus uitem se esse dixit: in
carnationis suæ significans sacramentum.
Tamen si placet ut ex littera argumentemur
fateor & ego imo profiteor quia uitem se fi
lium nominauit. Væ. u. si sacramentum salu
tis publicæ denegauero. Quomodo ergo uultis
accipere quod se uitem filius dei nominauit.
Si secundum diuinam substantiam dictum
accipitis & sicut inter agricolam & uitem ita
etiam inter patrem & filium diuinitatis cre
ditis esse distantiam: geminam filio geminã
patri facitis iniuriam. Filio quia secundum di
uinitatem inferior est quam agricola: Inferi
or etiam Paulo apto à uestra assertione necesse
est æstimetur. Quia & Paulus agricolam esse
se dixit. Sicut habes. Ego plantaui. apollo riga
uit sed deus incrementum dedit. Num ergo ut
tis ut Paulus melior sit dei filio? Habens unam
iniuriam. Alteram. Quia si secundum substã
tiam generationis æternæ unus est filius: +

cum dixerit. Ego sum uitis & uos palmites estis
unus nobiscum etiam illa diuina generatio uide-
bitur esse substantiæ. Sed quis similis tibi in diis
domine? sicut scriptum est. & rursus in psalmo.
Quoniam quis in nubibus æquabitur domino?
aut quis similis erit domino inter filios dei? nec
tamen soli filio derogatis sed etiam patri. Nam
si in agricolæ nomine omnis paternæ prærога-
tiua est potestatis cum etiam Paulus agricola
sit: patri utique cui filium negatis æqualem
apostolum comparatis. Denique cum scriptum
sit. Neque qui plantat est quicquam neque q
rigat sed qui dat incrementum deus. In eo nõie
uos summam paternæ maiestatis locabatis quod
uidetis infirmum. Si. H. qui plantat & qui ri-
gat nihil est sed qui dat incrementum deus. ui-
dete quid uestra asserere moliatur impietas:
ut & pater nomine sit contemnendus agricolæ.
& deus aliquod incrementum paterno operi qui
tribuat requirendus. Impie igitur ex nomine
agricolæ proferendam dei patris existimant po-
testatem: In quo sit cum deo patri cum homine
appellationis commune consortium. Quid autẽ

egregium ſi ei ut multis hęretici filio præferatur
cuius diuina ſubſtantia ab humana condicione
non diſcrepet. Nam ſi uitem filium ſecundū diui-
nam ſubſtantiam appellatum putatis: non ſolū
corruptelæ incertiſque elementorum obnoxium
iudicatis: ſed etiam humanæ tantummodo conſō-
tem naturæ: quia unius naturæ ſunt uites et
palmites ut non per incarnationis ſacramentum
carnem dei filius aſſumpsisse uideatur ſed pri-
capium ſumpſisse de carne. Ego autem dicam pla-
nè carnem eius licet nouo generationis myſterio
unius tamen fuisse naturæ nobiſcum: & hoc ſa-
lutis noſtræ ſacramentum esse non diuinæ gene-
rationis exordium. Vitis. ii. eſt quia meas ſuſti-
net paſſiones. Quando quidem in illa nixa fra-
gilis prius humana condicio fœcundis re diuinę
fructibus pietatis adoleuit. Veruntamen ſi te
pompa delectat agricolæ dicas uelim quis ille
ſit qui locutus eſt in propheta. Domine notum
mihi fac ut ſciam tunc uidi cogitationes eorum.
Ego ut agnus ductus ſum innocens ad immolā-
dum & neſciebam. Aduerſum me cogitauerūt
conſilium dicentes. Venite inīciamus lignum

in panem eius. Si. H. filius incarnationis future
Loquitur sacramentum quia impium est ut de pre
credas: filius est utique qui supra dicit. Ego te plan-
tam uitem fructiferam. Quomodo conuersa es in
amaritudinem uitis alienæ. Itaque & filium uidē
esse agricolam uniuſ nominis cum patre uniuſ
operis uniuſ dignitatis atque substantiæ. Ergo si
& agricola & uitis est filius. Vitem utique secū-
dum incarnationis accipimuſ sacramentum. Sed
non solum uitem se esse dixit sed etiam botrionem
uoce prophetica nuncupauit. tunc quando ad val-
lem botrionis exploratores Moyses iussu domini
direxit. Quae est illa uallis nisi humilitas incar-
nationis: & faecunditatis passionis? & puto botrio-
nem ideo dictum quod ex uinea illa translata ex
egypto hoc est ex familia iudeorum utilis mun-
do fructus emicuit. Nemo certe botrionem potest
ad generationem referre diuinam aut qui refert
aliud nihil relinquit: nisi ut botrionem illum
natum ex uitae credamuſ. Itaque ascribit insi-
piens patri quod reprehendit in filio. Verum si
iam dubitari non potest quod uitis secundum i-
carnationem dei filiuſ nominatuſ sit: Videtis qd

secundum sacramentum dominus sit locutus: Quoniam pater maior me est. Nam cum hoc in superioribus dixerit: continuo subiecit. Ego sum uitis uera & pater meus agricola est. Vt agnosceres secundum id patrem esse maiorem. Quia sicut agricola uitium ita pater dominicæ carnis ē cultor: quæ augeri potuit per ætatem & per passionem recidi: Vt omne humanum genus ab æstu sæculariū noxium uoluptatum diffusæ salutaribū brachiis crucis umbra uelaret.

1 VISNAM EST FIDELIS
SERVVS & PRVDENS
QVEM CONSTITVIT DOMI-
NVS SVPER FAMILIAM
SVAM: VT DEDIT ILLIS
IN TEMPORE CIBVM.
BEATVS ILLE SERVVS:

quem ueniens dominus eius inueniet sic facientem.
Non uilis hic seruus est. magnus aliquid debet ee
Qui sit iste: consyderemus. Est Petrus ipsius dñi
ad pascendum gregem electus iudicio: qui tertio
meretur audire. Pasce agniculos meos. pasce agnos
meos. pasce oueculas meas. Itaque pascendo bn
cibo fidei gregem christi: culpam lapsus prioris +
aboleuit: & ideo tertio admonitus ut pascat: tertio
utrum dominum diligat interrogatur. Vt qui
tertio ante crucem negauerat: tertio fateretur.
Beatus & ille seruus qui potest dicere: Lac uobis
potum dedi non escam. Nondum. u. poteratis.
Nouit. u. quousque quemadmodum pascat. Qui
nostrum hoc facere potest. Quis nostrum potest
uere dicere. Factus sum infirmis infirmus. Vt
infirmos lucri faciam. et tamen ille tantus ad
curam gregis electus à christo qui sanaret infir-
mos: curaret inualidos: heretcum à comisso sibi
ouili statim post unam correptionem repellit: ne
uniius erraticæ ouis scabies serpentis ulcere totu
gregem contaminet. Iubet præterea stultas que-
stiones & contentiones esse uitandas. Quid ig
nos agimus inter messis antiqꝫ noua zizani

imprudentes accolæ constituti. Si taceamus cedẽ
uidebimur. Si contendimus uerendum est ne
nos quoque iudicemur esse carnales. Scriptum
est. u de huiusmodi quæstionibus quia generant
lites. Seruum autem domini non oportet litiga-
re sed mansuetum esse ad omnes. docibilem pa-
tientẽ cum modestia docentem eos q̃ resistunt:
& alibi. Si quis contentiosus est nos talem con-
suetudinem non habemus, neque ecclesia dei.
Ideoque scriberere aliquid sententiæ fuit: ut sĩn
strepitu aliquo impietati hæreticorum nostra p̃
nobis scripta respondeant.,

1 VINTVM itaque Imperator auguste hũc
librum paramus ordiri. Nam & quartum
librum oportuit in illa uitis disputatione finiri.
ne coacervasse magis librum eundem quodaz
uideremur quæstionum tumultu quam fructv
spiritalis uineæ repleuisse. Nec inconsumatam
fidei uindemiam tantis adhuc superfluentibus
disputationibus decuit derelinqui. Quinque igit̃
librorum de patris ac filii & spiritus sancti in se-
parabili diuinitate digerimus sequestrata ĩteriz
pleniore disputatione de spiritu. prouocati mãg

euangelicę Lectionis tuba: ut credita nobis gn-
que fidei talenta. quasi quadam horum quīq;
sorte librorum humanis foeneremur affectibus.
Ne forte cum uenerit dominus & inuenerit ab-
sconditam in terra pecuniam suam dicat mihi.
Serue male & piger. Sciebas quia meto ubi ~~me~~-
non sæmino & congrego ubi non sparsi. Opor-
tuit ergo te committere pecuniam meam nu-
mulariis: & ueniens ego recepissem quod me-
um est. Aut quemadmodum in alio libro ē.
Ego inquit ueniens cum usuris utique ex-
ægissem. Date ergo mineam. Si quos proly-
xioris huiusce sermonis offendit audacia. Of-
ficii contemplatio cogit credere quod accepimus.
Dispensatores sumus: mysteriorum cælestium
ministri sumus. non ex equo omnes: Sed uī-
cunque inquit sicut dominus dedit. Ego plā-
taui. Apollo rigauit. Sed deus incrementum
dedit. Vnusquisque igitur nitatur ut mercedem
possit accipere secundum suum laborem. Dei
.H. sumus ut apostolus dixit cooperatores dei +
cultura dei ædificatio. Beatus itaque ille qui
tales foenoris sui cernit usuras: ille q fructus

sui operis intuetur. Beatus quoque qui supra +
ædificat supra fundamentum fidei aurum ar-
gentum lapides pretiosos. Vos nobis estis omia
qui hæc auditis aut legitis. Vos foeneratores +
usuræ. Verbi usuræ non pecuniæ. Vos agricolæ
redditus. Vos ædificatoris aurum argentum
lapidesque pretiosi. In uestris meritis sacerdo-
talis summa laboris est. In uestris animis +
fructus episcopalis operis enitescit. In uestris p-
fectibus aurum domini refulget. multiplicatur
argentum si eloquia diuina teneatis. Eloquia
.u. domini eloquia casta argentum igne examini-
matum purgatum terræ purgatum septuplus.
Vos ergo facitis foeneratorem diuitem agricolam
fructuosum. Vos peritum probabitis architec-
tum. Non arroganter dico quia non ta mea
sunt quam uestra quæ noueo. O si mihi lice-
at securo de uobis tunc temporis dicere. Domi-
ne quinque talenta mihi tradediſti. Ecce alia
quinque lucratus sum. & ostendere uestrarū
talenta pretiosa uirtutum. Habemus. u. thesau-
rum in uasis fictilibus. Hæc sunt talenta quæ
iubet dominus spiritaliter foenerari: aut duo

ꝺera noui & ueteris teſtamenti quæ ſpoliato illi
à latronibuſ ſamaritanuſ ille euangeliauſ ad
curanda uulnera dereliquit. Neque ego frēs
uoti auaruſ ideo hæc opto ut ſuper multa cō-
ſtituar. Satis eſt mihi præmium de uestro p-
feſtu. Vtinam non indigniuſ eo inueniar qđ
accepi. Ea quæ ſunt me maiora melioribuſ tri-
buenda non exigo. Licet ſoleas domine dicere.
Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.
Accipiat poteſtatem ſupra decem ciuitateſ q.
meretur. Sit ille talis qualis Moyſes qui le-
gis decem uerba conſcripsit. Sit ille Ihesus. Na-
ue qui ſubegit quinque reges & ciuitates in
ditionem accepit: ut eſſet typuſ uenturum ei⁹
nominis uirum. cuiuſ imperium corporales
omnes deliciæ uincerentur conuerterentur ge-
tes: ut fidem ihesu chriſti magis quam priſti-
na ſtudia ſua & uota ſequerentur. Sit ille da-
uid cui occurrerunt pſallenteſ "dicentes iiiuen-
culae. Saul triumphauit in millibuſ. Dauid
in decem millibuſ. Mihi ſat eſt ſi non in exte-
riores tenebras extrudar quemadmodum ille
qui ꝯmiſſum ſibi talentum in terra quadā

ſuae carnis abſcondit. Sicut principes Synagogæ:
cæteríque principeſ iudæorum qui credita ſibi elo-
qua dei humo quodam ſui corporis occupauit.
delitiisque carnis intenti quaſi in quandam
exaltati cordis foueam foenuſ cęleſte merſerũt.
Noſ igitur non intra latibulam carnis abſcõditã
domini teneamuſ pecuniam: uel minimam illã
nõn in ſudario reponamuſ ſed tanquam boni +
numularii cum ſudore quodam mentis et cor-
poris æquo & parato ſemper libremuſ affectu:
ut propẽ ſit uerbum in ore tuo & in corde tuo.
Hoc uerbum dei eſt precioſum talentum: quo
redimeris. hæc eſt pecunia per menſas ãiarũ
ſæpe cernenda ut frequenter agitando in omnẽ
terram bonorum ſonuſ poſſit exire nummor&
per quam uita paratur æterna. Hæc eſt auẽ
uita æterna quam Largiris omnipotens pater
Vt cognoſcamuſ te ſolum uerum deum: & quẽ
miſiſti ihеſum chriſtum. Vnde aduertant arria-
ni quam impii ſint qui de ſpe noſtra & uoto no-
bis faciunt quæſtioneſ. & quoniam hinc præ
cæteris uociferari ſolent dicentes ſe paratum à
ſolo & uero deo chriſtum: intellectuſ impios

pro nostris uiribus confitemur. Hoc. ℋ. hoc loco magis intelligere debent quia hæc utilitas hec merces est perfectæ uirtutis. hoc diuinum et incomparabile munus ut agnoscamus cum patre christum nec separemus à patre filium sicut scriptura non separat. Itaque hoc magis ad unitatem quam ad distantiam diuinæ proficit potestatis. Quod idem præmium ℏ unum honorē nobis dat patris filiique cognitio. Quonia mercedem habere non poterit nisi et patrem cognouerit & filium. Sicut. ℋ. patris ita filii cognitio uitam acquirit æternam. Itaque sicut in principio statim uerbum cum deo patre pia cōfessione unxit euangelista dicens. & uerbum erat apud deum: ita & hic scribendo uerbum domini ut agnoscant te solum uerum deum & quē misisti ihesum christum: conuunctione illa patrem utique copulauit & filium ut christus uerum deum à maiestate patris nemo secernat: & ideo dicendo / ut agnoscant te solum uerum deum & quem misisti ihesum christū: & Sabellianos interfecit: & Iudæos exclusit: + eos utique qui audirent Loquentem: ne aut

illi eundem

illi eundem patrem putarent esse quem filiuz
si non addidisset & christum aut isti à patre filiō
separarent. Nam neque duos dicimus deos et
eusdem cum patre diuinitatis filium confitem̄.
Itaque quæramus qua ratione hic putent factā ee
distantiam & uerum deum negent christum. Sz
negare non possunt Sed dicant si uerum negāt.
Vtrum falsum an nuncupatiuum deum iudi-
cent. Nam secundum scripturas aut uerus ds
est aut tantummodo nuncupatiuus aut falsus.
Verus ut pater: nuncupatiuus ut Sancti. fal-
sus ut dæmones atque simulacra. Dicāt igit̄
qua filium dei confessione designent. Vtrum
falso præceptum dei nomen an uero quasi nū-
cupatiuo inspirationem tantum diuinitatis
in esse arbitrentur. Falso præceptum nom̄e
non puto quod dicant ut apertiore se crim̄e
impietatis inuoluant ne ut dæmoniis et
simulacris ita etiam christo falsum dei indi-
tum nomen insinuando se prodant. Sin
autem ideo deum putant dictum quod in-
spiratiōnem diuinitatis habuit sicut multi
et sancti uiri eos. u. scriptura deos dixit:

ad quos sermo fiebat dei. Ergo non ultra hōies
eum præferunt sed comparandum hominibū
arbitrantur: ut hoc eum putent esse quod
hominibus ipse donauit dicens ad Moysen.
Posui te in deum pharaoni. Vnde & in psal°
dictum est. Ego dixi dii estis & hanc tamen
sacrilegorum opinionem Paulus excludit q
dit. Nam & si sunt qui dicantur dii siue in
cælo siue interra non dixit sunt dii sed sunt
qui dicantur. Christus autem sicut scriptum
est. heri & hodie ipse est. Vt arrii impietas asti-
endi sacrilegii locum inuenire non posset qui
cum legeret in psalmo secundo dicentem filio
patrem. Filius meus es tu ego hodie genui te:
annotauit hodie non heri ad æternitatem di-
uinæ generationis referens quod de cæli assū-
ptione memoratum est. Sancto igitur spiri-
tu repletus apostolus ut illam elideret sæui-
tatem ait. Heri & hodie ipse est in sæcula.
heri propter æternitatem. hodie propter cor-
poris susceptionem. Est ergo christus & est sē-
per. Qui. h. est semper est. Christus autem +
semper est: de quo dicat Moyses. Qui e misit

me. Erat utique Gabriel. erat Raphael erat
angeli. Semper esse qui aliquando non fuerit
nequaquam pari ratione dicuntur. Christus
autem ut legimus non fuit est & non: sed e
in illo fuit. Vnde uere deus solus est qui semp
est. Ergo si & nuncupatiuum deum no au-
dent dicere & falsum eum dicere maioris est
impietatis: restat ut deus uerus sit: ueri pris
non dissimilis sed æqualis. Qui cum & iustifi-
cet & sanctificet quos uelit non à foris sums
sed in se habens sanctificandi potestatem: quo-
modo non est uerus deus. Nam apostolus +
utique uerum deum dixit quia naturali
deus esset sicut habes. Quia tunc inquit ne-
scientes deum seruistis iis qui natura non
erant dij: hoc est quia ueri dei esse no poterat.
Quibus hoc naturaliter minime suppetebat.
Verum copiose iam deum uerum christum in
superioribus libris scripturarum lectionibus
approbauimus. Ergo si christus ut edoctum est
deus uerus est quæramus qua ratione cum
solum uerum deum patrem legunt: à patre
filium cupiunt separare. Si dicunt qa uerus

solus deus pater est negare non possunt qa
& filius solus deus ueritas est quia christus ē
ueritas. Nunqud ueritas uero minor cum se-
cundum appellationem nominum. Verus
plærunque à ueritate dicatur: Sapiens à sapi-
entia iustus à iusticiá. Hoc nos inter patrem
non sentimus & filium. qua & patri nihil de-
est qua pater est ueritatis: & filius qua veri-
tas est: æqualis est uero. Vt sciant autem cū
solum Legunt nequaquam esse à patre filiū
seperandum: meminerint in propheris à deo
dictum. Ego extendi cœlum solus. Solus deus
cum dicitur etiam christus significatur. Vtique
non extendit sine filio cœlum pater. Ipse. H. fi-
lius qui sapientia dei est dicit. Quando para-
bat cœlum cum ipso aderam & Paulus de filio
dictum esse confirmat. Initio terram tu funda-
sti domine: & opera manuū tuarum sunt cæ-
li. Quia ergo filius cœlum fecit sicut et aposto-
lus uoluit intelligi: & ipse utique non sine
patre cœlum solus extendit. Siue ut in pro-
uerbiis habes. Deus in sapientia fundauit te-
ram parauit cœlos in intellectu: ostenditur

qua nec pater solus sine filio cælos fecit nec si-
ne patre filius: & tamen qui cælum extendit
solus dicitur. Quam uero id & de filio aperte ī
telligendum sit quod solus appelletur: & si nūq̄
in initio sine patre aliquid fecisse credatur ēt
alibi habes. Vbi scriptum ē. Extendens cælum
solus & ambulans quasi in pauimento super
mare. Nanque euangelium domini docuit +
nos quod in mari non pater sed filius ambula-
uit quando eum Petrus rogauit dicens. Domi-
ne ube me uenire ad te. Sed etiam propheta
documento ē. Sanctus. H. Iob aduentum domini
prophetabat de quo uere dixit: quia magnū
cœtus erat debellaturus. & factum est. Nam
feralem illum coetum diaboluim scilicet ultīs
temporibus uenerabilis corporis sui passione
prostratum perculit & afflixit. Est ergo solus
& uerus dei filius. Hæc. H. & filio prærogatiua
defertur. De nullo. H. qui creatur proprie di-
ci potest. Quia solus est. Nam cui inest com-
munitas creaturæ quemadmodum quasi solū
potest à cæteris seperari. Itaque homo ratione-
bilis uidetur inter omnia terrena animātia

sed tamen non est solus rationabilis · Samus. H.
rationabilia esse & cælestia opera dei · Angelos. H.
& archangelos rationabiles confitemur. Si ergo
angeli rationabiles: non solus utique rationa-
bilis homo dicitur. Sed dicunt solum posse di-
ci solem: quia sol alter non est. Sed & ipse sol
habet communia multa cum stellis. Quod per-
currit cælum quod ætheria illius cælestisque
substantiæ ē quod creatura est quod inter ōia
dei opera computatur quod cum omnibus deo
seruit quod cum omnibus benedicit deum cū
omnibus laudat. Non ergo solus proprie dr
quia nec à cæteris separatur. Itaque cum &
patris & filii spiritusque sancti diuinitati quę
sola non inter omnia sed super omnia est nul-
la possit creatura conferri ut de spiritu intēr
assertio reseruetur: Sicut pater dicitur solus
deus uerus cui nihil est commune cum cæte-
ris ita etiam solus est filius imago dei ueri. So-
lus dextera patris. solus uirtus dei atque sapi-
entia. Solus ergo filius fecit sicut & pater quia
scriptum est. Quæcunque facio ipse facit. Cū
H. unum opus sit patris & filii bene de patre

& filio dicitur. Quia deus solus operatus est. Vnde
etiam creatorem dicimus & patrem & filium cō-
fitemur. Nam utique cum Paulus diceret: Qui
seruierunt creaturæ potius quam creatori nec
patrem negauit nec filium per quem omnia.
A quo alienum utique non uidetur quia scri-
ptum est. Qui solus habet immortalitatem. Quo-
modo. H. non habet immortalitatem: qui uitaz
habet in semetipso. Habet utique in natura ħt
in substantia. & habet non per gratiam tem-
poralem sed per sempiternam diuinitatem ħt
non ex dono quasi seruus: sed ex generationis p-
prietate quasi filius coæternus & habet sicut pr.
Sicut. H. pater habet uitam in semetipso: ita &
filio dedit uitam habere in semetipso. Sicut ħt
inquit sic dedit. Didicisti supra quemadmodū
dederit ne putaret esse gratiæ largitatem ubi
generationis archanum ē. Cum ergo inter pa-
trem & filium uitæ nulla distantia sit: quem-
admodum quod immortalitatem solus habeat
pater filius non habeat existimari potest. Vn
intelligant nec hoc loco à solo uero deo patre fi-
lium separandum quia probare non possunt

quod solus & uerus deus filius non sit: cum præ-
sertim & hic aut subaudiatur ut diximus: et +
christum uerum solum deum esse: aut certe ali-
ud ad diuinitatem aliud ad incarnationem chri-
sti relatum intelligendum sit: quia non est per-
fecta cognitio nisi quæ secundum æternitatem +
unigenitum deum uerum dei filium ihesū chri-
stum et secundum carnem generatum ex uirgīe
confitetur. Quod alibi hic ipse euangelista nos
docuit dicens. Omnis spiritus qui confitetur ihe-
sum christum in carne uenisse de deo est. Deni-
que quam non alienum sit etiam incarnatiōis
hoc loco intelligere sacramentum: doces nos ipsi?
series lectionis. Sic. H. habes. Pater uenit hora clā-
rifica filium tuum. Vtique cum & horam ue-
nisse commemorat: & clarificari petat: quomō
nisi per carnis assumptionem locutum eum
conuenit existimari? Nam nec ulla sibi tem-
porum præscripta momenta diuinitas habet:
nec clarificatione indiget lumen æternum. +
Ergo in solo uero deo patre & filio dei: solum ue-
rum secundum diuinitatis intelligimus unita-
tem: & in ihesu christi noīe quod ex uirgine

natus accepit incarnationis agnoscimus sacramentum. Quod si cum solum uerum deum patrem legunt filium cupiunt separare ergo cū de filii incarnatione legunt: Hic est lapis qui reprobatus est à uobis ædificantibus qui factū est in caput anguli: & infra. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus: in quo oporteat saluos fieri: patrem existiment ad impetrandæ nobis salutis beneficium separandum. Sed neque sine patre salus neque uita æterna sine filio. Sed asserunt arriani. Si solum uerum deum sicut patrem ita et filium dicitis & unī substantiæ patrem & filium confitemini non unum deum: sed duos deos inducitis qui unī substantiæ sunt nec unus deus sed duo dii uidentur esse: sicut duo homines aut duæ oueꝭ: pluresue dicuntur. Homo autem & ouis nec duo homines dicuntur nec duæ oues: sed unus homo & una ouis. Hæc arriani dicunt: & hac disputatione uersuta simpliciores capere nitūtur. Tamen si legamus scripturas diuinas inueniemus pluralitatem magis incidere in iis quae diuersæ discretæque substantiae

sunt. Idque in Salomonis libris habemus expressum eo loco scilicet in quo dicit. Tria sunt autem impossibilia intelligere & quartum qd non agnosco. Vestigia aquilæ uolantis & uiam serpentis supra petrā: & semitas nauis nauigātis: & uias uiri in iuuentute. Vtique aquila nauis & serpens unius non sunt generis atq; naturæ: sed differentis discretæque substantiæ & tamen tria sunt. Contra se igitur sua esse intelligunt argumenta testimoniis scripturarum. Itaque dicendo patris & filij discretam esse substantiam differentemque deitatem: duos ipsi deos asserunt. Nos autem cum & patrem confitemur: & filium asserēdo tamen unius esse deitatis: non duos deos sed unum deum dicimus. Et hoc dominicis eloquiis approbamus: quia ibi plures sunt ubi aut naturæ aut uoluntatem et operationum est differentia. Denique ut suis sibi testimoniis reuincantur. Duo homines dicūtur. Quia licet unius naturæ sint iure nascendi tamen & tempore et cogitatione et ope & loco distant. Et ideo non potest unus ho

dia in significatione & numero duorum quia
non est unitas ubi est diuersitas · Vnus autem
deus dicitur & patris ac filii & spiritus sancti
gloria & plenitudo signatur · Denique tanta
ueritas unitatis est ut etiam quando natura
sola generationis aut carnis significatur
humanæ & unus homo de multis dicatur
sicut habes · Dominus mihi aduutor non
timebo quid faciat mihi homo idest nō una
persona hominis sed una caro et una fragi-
litas generationis humanæ · & addidit · Bo-
num est sperare in domino quam sperare
in homine · Nec hic utique specialem hoīez
sed generalem conditionem designauit · De-
nique statim subiecit de pluribus · Bonuz
est confidere in domino quam confidere ī
principibus : Sed ubi homo dr naturæ īter-
dum ut supra diximus communis inter
omnes unitas significatur · Vbi principes ~~ui-~~
~~arum~~ uariarum quædam differentia pote-
statum ē · Sed inter homines aut in homi-
nibus uniius alicuius rei unitas est aut ca-
ritatis aut cupiditatis aut carnis aut deuo-

tionis

& fidei. Generalis autem unitas & quæ in se secundum diuinitatis gloriam completatur omnia solius est patris & filii et spiritus sancti. Vnde & dominus cum diuersitatem inter se hominum designaret qui nihil habet in se quod possit ad unitatem individuæ substantiæ pertinere: in Lege uestra inquit scriptum ē. Quia duorum hominum testimonium uerū est. & cum præmisisset duorum hominum testimonium uerum est. Vbi uenit ad suum et patris testimonium non dixit. Verum est testimonium ꝧ nostrum: quia duorum deorum testimonium est. Sed ego inquit sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Supra quoque similiter ait. Et si iudico ego iudicium meum uerum est quia solus non sum. Sed ego et q̄ misit me pater. Supra quoque similiter ait. Itaque & infra. & supra & patrem significauit. et filium: nec pluralitatem admisceuit nec diuinæ unitatem substantiæ separauit.

Euidens est igitur quia quod unum est substā-
tiæ separari non potest etiam si non sit sin-
gularitatis sed unitatis. Singularitatem hāc
dico quæ græce monas dicitur. Singularitas ꝙ. ad personam pertinet. Vnitas ad naturam:
Ea uero quæ diuersæ substantiæ sunt: non
solum unum sed etiam plura dici solere. Le-
cet iam et prophetico clarueri testimonio:
expressius tamen ipse apostolus declarauit
dicens. Nam etsi sunt qui dicantur dii siue
in cælo siue in terra. Vides igitur quia ii q̄s
ex diuersis substantiis sunt: & non ex uniū
ueritate naturæ dii appellantur. Pater autē
& filius quia unius substantiæ sunt nō duo
dii sed unus deus pater ex quo omnia: et un⁹
dominus ihesus per quem omnia. Vnus itq̄
deus pater & unus dominus deus ihesus & sup̄
unus deus non duo & infra: Vnus dominus nō
duo. Pluralitas ergo excluditur non unitas se-
questratur. Sed quemadmodum cum Legim⁹
dominum ihesum nec patrem ut supra dixim⁹
à dominationis iure secernimus quod ei cōmu-
ne cum filio ē: ita cum Legimus. Solum ue-

Μονος

deum patrem nec filiu ſ à ſoliu ſ ueri "iure" dei poſſumu ſ ſeparare quod ei commune cum patre eſt. Aut dicant quid aliud ſentiant quidue arbitrentur cum legimu ſ. Dominum deum tuum adorabis & ipſi ſoli ſeruies. Vtruz chriſtum non adorandum & chriſto non exiſtiment ſeruiendum? Quod ſi illa quæ adorauit eum chananæa impetrare meruit qd poposcit: & Paulu ſ apoſtolus qui ſeruum ſe chriſti prima ſcripturarum ſuarum praefatione profitetur: apoſtolu ſ eſſe meruit nō ab hominibu ſ neque per hominem! ſed p ihesum chriſtum dicant: quid arbitrentur ſequendum. Vtrum cum Arrio malint ſibi ſociati eſſe perfidiæ, vt ſolum et uerum deū chriſtum negando. oſtendant quia nec adorandum eum nec ſeruiendum ei iudicent. An uero conſortium malint habere cū Paulo qui ſeruiendo atque orn̄ando etiam chriſtum utique ſolum uerum deum uoce affectuque non diffitebatur quem pro ſeruitio fatebatur. Quod ſi quis dicat: Quoniam deū patrem adorat & filiu ſ: quia ſcriptum eſt.

Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus: Consyderet quando & apud quem & cuius suscepto loquatur affectu. Denique & in superioribus non immerito prœmissū est. Quia ihesus ex itinere fatigatus sedebat. & à Samaritana bibere postulabat quia secundum carnem hominis loquebatur. Nam secundum diuinitatem nec fatigari poterat nec sitire. Deinde cum Samaritana quasi iudæum appellaret: & propheram putaret quasi iudæus qui spiritaliter mysteria legis doceret: respondit ei. Vos adoratis quod nescitis. Nos adoramus quod scimus. Nos inquit. hoc est se hominibus copulauit. An autem nisi secundum carnem hominibus copulatū & ut ostendat ostenderet quia secundū incarnationem responderet: addidit quia salus ex iudæis ē. Sed statim post hoc sequestrauit hominis affectum dicens. Venit inquit hora & nunc est quando ueri adoratores adorabūt patrem. Non dixit adorabimus quod utique dixisset si consortium nostri subiret obsequii. Verum cum legerimus quia Maria adorauit

eum. Intelligere debemus quia non potest p
tandem naturam & adorare quasi seruus
& adorari quasi dominus. Sed potius quia
ut homo inter homines adorare dicitur et +
quasi dominus à famulis adoratur. Multa er-
go secundum incarnationis legimus et credimꝰ
sacramentum. Sed in ipsa naturæ humanae
affectione maiestatem licet expectare diuinā.
Fatigatur ex itinere ihesus ut reficiat fatiga-
tos. Petit bibere: daturus aquam uiuam. Esu-
rit: cibum salutis esurientibus traditurus. mo-
ritur: uiuificaturus. Sepelitur: resurrecturus.
Tremulo pendet in ligno: confirmaturus tre-
mentes. Cælum caligine obducit ut illuminet
terras. tremere facit: ut solidet. Maria contur-
bat ut mitiget. Referat tumulos mortuor
ut ostendat domicilia esse uiuorum. Creat
ex uirgine ut ex deo natus esse credatur.
Nescire se simulat ut scire faciat nescientes.
Adorare quasi iudæus dicitur: ut quasi uer
dei filius adoretur. Quomodo inquiunt fili
dei uerus deus potest esse similis patri: cū
ipse dixerit filiis zebedei. Calicē qdem meum

bibetis. Sedē

bibetis. Sedere autem ad dexteram meam
uel ad sinistram non est meum dare uobis ꝭ
quibus paratum est à patre meo. Hoc igitur
nestrum diuinæ ut uultus inæqualitatis ꝑ
argumentum: cum in eo magis uenerari do-
mini clæmentiam adorare gratiam debẽtis.
Si tamen uirtutis atque sapientiæ dei profũ-
da secreta possetis aduertere. Consyderate. q̃
cum filiis & pro filiis petat mater. Est utique
& pro filiorum honore sollicita immoderatæ
quidem: Sed tamen ignoscenda mensura no-
torum est. Atque mater ætate longæua. stu-
dio religiosa. solatio destituta: quæ tunc tẽpoĩs
quando uel iuuanda uel alenda foret: uali-
dæ prolis auxilio abesse sibi liberos patiebat̃.
& uoluptatis suæ mercedem sequentium chri-
stum prætulerat filiorum. Qui prima uoce
uocati à domino ut legimus relictis rætibus
& patre secuti sunt eum. Hæc igitur matẽnę
sedulitatis indulgentior obsecrabat salua-
torem dicens. Dic ut sedeant hi duo filii ꝺ
mei unus ad dexteram tuam alter ad sini-
stram in regno tuo. & si error pietatis:

tamen error est. Nescunt. H. uiscera materna
patientiam: & si non auara tamen ueniabilis
cupiditas quæ non pecuniæ est auida sed grōe.
Nec inuerecunda petitio quæ non sibi sed li-
beris consulebat. Matrem consyderate matrē
cogitate. Sed nihil mirum si uilis uobis
uidetur circa filios affectus parentum: quia
etiam omnipotentis patris uilem putatis ēe
circa unigenitum filium caritatem. Domi-
nus cœli atque terrarum uerecundabatur
ut secundum assumptionem carnis & uirtu-
tes animæ loquar. Verecundabatur inquam
& ut ipsius uerbo utar confundebatur matri
pro filiis postulanti etiam suæ sedis consōtiū
denegare. Vos æterni dei filium proprium
interdum pro ministerio stare contenditis in-
terdum famulatorium: hoc est non ex maie-
statis unitate: sed ex patris præceptione uul-
tis eius esse confessum & negatis hoc deo uō
dei filio: quod ille hominibus aperte noluit
denegare: Consyderabat. H. matris dilectiōe
quæ filiorum mercede grandæuam consola-
batur senectam et desyderiis licet fessa mrnis

carissimorum pignorum tolerabat absentiam.
Consyderate etiam foeminam hoc est sexu fra-
giliorem: quam dominus propria nondum cō-
firmauerat passione. Consyderate inquam eue
illius primæ mulieris heredem transfusam in
omnem immoderatę cupiditatis successionem
Labantem. Quam dominus adhuc proprio san-
guine non redemerat nondum molitam af-
fectibus omnium immodici contra fas honoīs
appetentiam suo ihesus cruore diluerat. hæredi-
tario igitur mulier delinquebat errore. & quid
mirum si mater pro filiorum suorum quod
est tolerabilius quam prosequendo etiam apo-
stoli ipsi inter se sicut legimus de sui prælati-
one certabant. Non debuit igitur medicus ōi-
um destitutam matrem & egram adhuc men-
tis pudorem conuitio sauciare ne postulato sibi
superbius denegato quasi immoderatæ petitioīs
damnata mæreret. Denique dominus q̄ hono-
randam sciret esse pietatem non mulieri sed
filiis eius respondit dicens. Calicem quidē meū
bibetis. Sedere autem ad dexteram meam uel
ad sinistram non est meum dare uobis s̄ quibus

paratum est à patre meo. Quam patiens et cle-
mens dominus quam alta sapientia & bona ca-
ritas. Volens .u. ostendere quia non perfunc-to-
riam rem aliquam discipuli postularent sed et̄
quam impetrare non possint: prærogatiuam
& ius paternæ honorificentiæ reseruauit non
metuens ne quid iuri proprio denegaret: qui
non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo.
Simul diligens discipulos quia sicut habes. +
Vsque in finem dilexit eos noluit his quos
diligeret uideri quod petierunt denegasse san-
ctus & bonus dominus qui mallet aliquid
dissimulare de iure quam de caritate depo-
nere. Caritas .u. patiens est benigna est. Nō
emulatur non inflatur qu non quærit quę
sua sunt. Denique ut agnoscatis non infir-
mitatis sed indulgentiæ esse: quia dixit non
est meum dare uobis. Vbi sine matre filii ze-
bedei rogant: nihil de patre dixit. Sic .u. ha-
bes. Non est meum dare uobis sed quibus pa-
ratum est. Ita Marcus euangelista posuit.
Vbi mater pro filiis rogat. hoc est secundu3
Matthæum: non est inquit meum dare uob:

Sed quibus paratum est à patre meo: quia maiorem indulgentiam maternus poscebat affectū. Quod si putant dicendo quibus paratum ē à patre meo quia aut patri plus tribuit aut sibi quid derogauit: Dicant utrum & illi putent patri aliquid derogatum quia dixit ī euāgelio filius de patre. Pater non iudicat quēquā. Quod si sacrilegum putamus credere quia pat⁹ ita iudicium detulit filio ut ipse non habeat. Habet. H. nec potest amittere quod naturalit⁹ habet diuina maiestas. Sacrilegum utique existimare debemus quia non potest filius dare quicquid aut homines mereri possunt aut quæuis accipere creatura præsertim cū ipse dixerit. Ego ad patrem uado. & quodcūque ab eo petieritis in nomine meo hoc faciam. Si. H. quod pater dare potest: filius nō potest. mentita est ergo ueritas: & non potest facē quicquid in nomine eius pater fuerit obsecrat⁹. Nec. H. ideo dixit quibus paratum est à patre meo: ut tantummodo à patre poscant. Nam omnia quæcunque à patre fuerint postulata se donare memorauit. Denique

non dixit quodcunque à me petieritis in nomine meo hoc faciam. Quæro nunc utrum possibile aliquid humanæ conditioni aut alicui creaturæ an impossibile putent à zebedæi coniuge & filijs postulatum. Si possibile quomodo ad sinistram suam uel ad dexteram imparriendæ apostolis sedis non habuit potestatem qui omnia fecit esse quæ non erant. Non poterat iudicare de meritis hominum cui pater dedit omne iudicium. Notum est quemadmodum dederit. Nam quomodo qui indigens accepit filius: qui omnia creauit ex nihilo. Quorum igitur naturas fecerat eorum iudicium non habebat. Dedit autem pater omne iudicium ut omnes inquit honorificent filium sicut honorificant patrem. Non igitur potentia filii sed cognitio nostra profecit. Neque. u. aliquid ad substantiam eius accedit sed ad nostram utilitatem quod à nobis cognoscitur. Vt cognoscendo dei filium uitam habeamus æternam. Cum autem in cognitione filii dei honor illius: noster autem non illius sit profectus si quis putat quia dī ?utus

illo honore cumulatur. Necesse est etiam deū
patrem credat posse cumulari: quia ipse per
cognitionem nostram clarificatur sicut filius:
Iuxta quod scriptum ē dicente filio. Ego te cla-
rificaui super terram. Ergo si possibile aliquid
erat quod petebatur in potestate utique filii
fuit. Sed tamen ostendant qui possibile putāt
qui de hominibus aut cæteris creaturis ad dex-
teram aut sinistram dei sedeat. Pater. H. dicat
filio. Sede ad dexteram meam. Itaque si quis
ad dexteram dei sedet inter ipsum utique et
patrem ut humano usu loquamur filius me-
diusᵛ reperitur. Non ergo possibile homini ali-
quid petebatur: Sed noluit dicere quod hōes
secum sedere non possent. Siquidem diuinam
suam gloriam cælare priusquam resurgeret
non diuulgare cupiebat. Nam & supra cū intᵉ
famulos suos Moysen & Heliam apparuisset in
gloria: monuerat discipulos suos ne cui dicēt
quid uidissent. Itaque si possibile non erat ho-
minibus uel creaturis cæteris hoc mereri nō
debet uideri filius minus posse quia nō dedit
apostolis quod nec pater hominibus ut creatuīs

dedit. Aut dicant cui horum dederit pater. Nō
utique angelis de quibus scriptura dicit. Quia
omnes angeli stabant in circuitu sedis eius.
Denique Gabriel stare se dixit. Sicut habes.
Ego sum Gabriel qui assisto ante dominum.
Non ergo angelis non senioribus qui adorāt
sedentem. Illi. 24. non supra sedem maiesta-
tis sedent. Sed ut dixit scriptura. In circui-
tu sedis. Sedes. 24. aliae uiginti & quattuor
sunt. & ut habes in apocalypsi Iohannis.
Et supra sedes uiginti & quattuor seniorē
sedentes. In euangelio quoque ipse dn̄us
dicit. Cum sederit filius hominis in sede
maiestatis suae: sedebitis & ipsi super sedē
duodecim iudicantes duodecim tribus israhel. Non ergo sedis suae dixit apostolis posse
consortium: sed alias sedes duodecim: quas
tamen non pro corporali confessu sed pro suc-
cessu spiritalis gratiae existimare debemus.
Denique in libro regnorum dixit Micheas p-
pheta. Vidi dominum deum israhel sedentē
super thronum suum & omnis militia" stabat
"celi circa eum ad dexteram eius & ad sinistrā.

Quomodo igitur stantibus angelis ad dexterā
uel ad sinistram domini dei stante omni +
militia cælesti sedebunt homines ad dexteram
dei uel ad sinistram: quibus pro uirtutis prē-
mio angelorum similitudo promittitur. Sicut
dicit dominus. Eritis sicut angeli in cælo. Sicut
angeli inquit: non plusquam angeli. Sicut
ergo nihil dedit plus pater quam filius: ni-
hil utique minus dedit filius quam pater. Po-
nite tamen possibile impetrato hominibus qđ
poscerētur: quid est quod ait. Sedere autem
ad dexteram meam uel ad sinistram meam
non est meum dare uobis. Quid est meum
supra dixit. Calicem quidem meum bibetis
& infra posuit. Non est meum dare uobis.
& supra & infra meum dixit nec immuta-
uit. Ergo superiora docent propter quid di-
xerit meum. Rogatus. ꝯ. à muliere quasi
homo ut ad dexteram uel ad sinistram suam
filios eius sedere pateretur: quia illa quasi
hominem rogauerat: & dominus quasi tan-
tummodo homo de sua passione respondit.
Potestis bibere calicem meum quē ego bibitur?

sum. Itaque quia secundum carnem de passione sui corporis loquebatur demonstrare uoluit quod secundum carnem quidem subeunde passionis nobis exemplum ac similitudinem derelinqueret. Secundum humanam autem conditionem sedis supernæ consortia non donaret. Hoc est. H. quod dixit non est meum. Sicut alibi. Mea doctrina non est mea. Non est. H. inquit secundum carnem mea. Quia quæ diuina sunt non sunt carnis eloquia. Indulgentiam autem suam circa discipulos quos diligeret quam expresse reuelauit promittens. Calicem quidem meum biberis: & ēiz quia non debebat id dare quod petierant aliud propósuit: ut prius commemoraret qd iis tribueret quamquid negaret. Quo magis æquitatem sibi petitionis quam studium dominicæ liberalitatis intelligerent defuisse. Calicem quidem inquit meum biberis hoc est passionem quidem quæ carnis meæ est non negabo. Quod. H. humanæ assumptionis habeo potestis imitari. Donauit nobis uictoriam pas-
sionis hæreditatem crucis. Sedere autem ad

dexteram meam uel ad sinistram non ē meū
dare uobis. hoc est non sibi potestatem deesse
asserens sed meritum creaturis. Ergo accipe &
aliter. Non est meum dare uobis. Quid ē nō
est meum? Qu ueni humilitatem docere nō
est meum. Qui ueni non ministrari sed mi-
nistrare. Non est meum qui iusticiam suo
non gratiam. Denique & ad patrem referēs
addidit. Quibus paratum ē: Vt ostenderet +
patrem quoque non pentionibus deferre solĕ:
sed meritis. Quia deus personarum acceptor
non est. Vnde apostolus ait. Quos præsciuit
& prædestinauit. Non. H. prædestinauit quā
præsciret. Sed quorum merita præsciuit: +
eorum præmia prædestinauit. Iure igitur
reprehenditur mulier: quæ & impossibile et
speciale quoddam priuilegium ab eo dominō
postulauit: quia illa quæ sanctis iudicauit
esse donanda non duobus apostolis sed omni-
bus discipulis etiam sine cuiusquam præcati-
one uoluntaria sua largitate contulerit: sic
scriptum est de duodecim. Vos sedebitis sup
sedes iudicantes duodecim tribus Israhel.

Ergo etiam si possibile putamus postulatum fuis-
se calumniæ locus non est. Tamen cum legēri
Seraphin stare quomodo possum quod homīes
ad dexteram uel ad sinistram filii dei sedeant
arbitrari? Supra cherubin dominus seder sicut
habes. Qui sedes super cherubin appare. Quo-
modo apostoli super cherubin sedebunt? Et hæc
tamen colligo non ex meo ingenio sed ex do-
minicæ uocis oraculo. Ipse. u. dominus in po
steriorib⁹ apostolos commendans patri: ait.
Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum &
illi sint mecum. Vtique si iudicasset quia di-
uinam sedem pater hominib⁹ daret: dixiss&
Volo ubi ego sedeo & illi sedeant mecum. &
ubi ego non quomodo ego. Deinde sequitur
Vt uideant claritatem meam nec hic dixit
ut habeant claritatem meam sed ut uideāt.
Seruus. h. uider. Dominus possidet: sicut et
Dauid docuit dicens. Vt uideam uoluntatē
domini. Et ipse dominus in euangelio reue-
lauit asserens. Beati mundo corde: ipsi. u.
deum uidebunt. Videbunt inquit. Non super
cherubin cum deo sedebunt. Desinant ergo +

uiliora ſecundum diuinitatem exiſtimare de dei
filio: ne uiliora quoque de patre exiſtiment. Q
.H. male crediderit de filio non poteſt bene ſentīr
de patre. Qui male crediderit de ſpiritu non po-
teſt bene ſentire de filio. Vbi .H. una dignitas +
una gloria una charitaſ una maieſtas eſt in
commune derogatur quicquid in aliquo puta-
ueriſ derogandum. Jam .H. non erit plenitudo
quam diſcernis: & diuidis in aliquaſ p̄tiones.
Exiſtunt tamen Imperator Auguſte qui hanc
diuinæ unitatem ſubſtantiæ negare cupientes:
extenuare ſtudeant patris & filii charitatem. qa
ſcriptum eſt. Et dilexiſti ſicut & me dilexiſti. Qd
cum dicunt quid aliud agunt niſi inter dei filiu-
um & homines æqualitatem quandam compa-
rationis inducunt. Nunquid ſic diligi poſſuīt
à deo homineſ quemadmodum filiuſ in quo cō-
placuit pater. Ille per ſe complacet nos per
ipſum. In quibuſ .H. deus filium ſuum ad ima-
ginem ſuam cernit: eos per filium aſcīſcit in
gratiam filiorum. & quemadmodum per ima-
ginem ad imaginem ſumus: ſic per generationeꝫ
filii in adoptionem uocemur. Alius igit̄ naturæ

amor sempiternus aluus gratiæ aut si ex uerbis fa-
ciunt quæstionem quia scriptum est. Et dilexisti
eos sicut & me dilexisti: & comparationem falsā
putant: & ergo & illud comparatiuum dictum
putent. Estote misericordes sicut & pater uester q
est in cælis: & alibi. Estote perfecti sicut & pater
meus qui est in cælis perfectus. Quod si ille se-
cundum plenitudinem maiestatis suæ perfectū
est: nos autem perfecti secundum uirtutis accidē-
tis profectum: etiam filius diligitur à patre ſm
semper manentis plenitudinem charitatis. In
uobis autem charitate dei uirtutis emeretur
profectus. Vides igitur quam gratiam deus de-
derit hominibus: & tu patris & filii uis dissol-
uere naturam & indiuiduam charitatem? et
tu uerba adhuc discutis ubi unitatem maiesta-
tis aduertis? Vide totum hunc locum ex cuiꝰ
affectu loquatur. Habes. u. dicentem ipsum:
Clarifica me pater claritate ea quam habui p̄-
usquam mundus esset apud te. & omnipotē-
tem dei filium indicium suæ maiestatis admi-
scuit: dicendo: & mea omnia tua sunt & tua
mea. Omnia habet & tu missum esse ad iiurīā

deriuat. Qui si secundum carnem non accipis mis-
sum: ut apostolus dixit. ex uerbo simplici prae-
iudicium struis: quo dicas inferiores à superiori-
bus mitti solere. Quid ad illa respondes quo fili
ad homines missus est. Nam si minorem pu-
tas eum qui mittit: dicte quia minor maiores
misit: & maiores ad minores missi sunt. Nam
& Thobias Raphahel archangelum misit. et
angelus ad Balaam missus est: & dei filius ad
iudeos. Nunquid ergo minor etiam iudæis di
filius ad quos mittebatur. De ipso. u. scriptū
est. Nouissime autem misit illis filium suū
unicum. & uide quia ante seruos postea filium
nominauit. Et ut scias quia dei filius unigeni-
tus secundum diuinitatis potentiam: nec nom
habet nec consortium commune cum seruis
reuerendus mittitur: non cum famulis confe-
rendus. & bene addidit meum: Vt non unus
de multis: nec degeneris naturæ aut minoris
aliquæ potestatis. Sed uerus à uero: & patēs
imago uenisse substantiæ credatur. Esto tam:
minor sit qui mittit eo à quo mittitur. ergo &
pilato minor christus: quoniam Pilatus eum

misit ad Herodem. Sed sermo non præiudicat potestati. Scriptura quæ missum dicit à patre. + missum dicit à præside. Vnde si sobrie de dei filio quæ digna sunt opinemur: ideo missum intelligere debemus quia ex illo incomprae-hensibili inenarrabilique secreto maiestatis p-fundæ dedit se comprehendendum pro captv nostro mentibus nostris dei uerbum nō solū cum se exinanivet: sed etiam cum habitaret in nobis. Sicut scriptum est. Quoniam inhabitabo in illis. Denique & alibi habes quia deus dixit. Venite descendamus confundam̄ linguas eorum. Non. H. de loco deus aliquan̄ decedit qui ait. Ego cœlum & terram compleo: Sed ineo descendere uidetur si nostros dei + uerbum penetret affectus. Sicut dixit propheta. Parate uiam domini Rectas facite semitas eius: Vt quemadmodum ipse pmisit ueniens cum patre apud nos faciat mansionem. Euidens est igitur quomodo ueniat. Vnde euidens est quomodo dominum dicat: quē patrem nouit. Ait. H. Confiteor tibi domine pater cæli & terræ. Ante patrem dixit sapiā

ſuum: poſtea creatorem dominum nuncupa-
uit. Itaque dominatum non esse ubi uera
progenies est: ipse dominus ostendit in euā-
gelio ſuo dicens. Quid uobis uidetur de chri-
ſto? cuius filius est? Dicunt ei Dauid. Ait illis
ihesus. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu uocat
eum dominum dicens. Dixit dominus dnō
meo ſede à dextris meis: & addidit. Si ergo Da-
uid in ſpiritu uocat eum dominum: quomō
filius eius est? & nemo poterat reſpondere
ei uerbum. O quam caute prompsit arria-
nos: etiam in hoc teſtimonio dominus fidei
proſpexit. Non. H. dixit: uocat eum ſpiritū
dominum. Sed quia Dauid dixit in ſpiritv.
Vt cuius ſecundum carnem filius est Da-
uid: ſcilicet eius etiam ſecundum diuini-
tatem & deus & dominus crederetur. Vides
igitur quia nomen pietatis & domini di-
ſcretum est: & bene dominus ſuum qui-
dem patrem: cœli autem & terræ dominū
prædicauit. Vt tu cum legis & patrem &
dominum: intelligas patrem filii: et do-
minum creaturæ. In alio praerogatiua

naturæ est. In alio auctoritas potestatis. Formam .u. serui accipiens eo utique dominū uocat quo seruitutem suscepit. Aequalis in dei forma. seruus in corporis. Seruitus .u. cānis dominatus autem, diuinitatis est. Vnde & apostolus ait. Deus domini nostri ihesu christi pater gloriæ. Hoc est deum assumptionis humanæ asserens patrem autem gloriæ. Num .u. duos filios habuit deus + christum & gloriam. Minime. Ergo si unus dei filius christus: utique christus est gloria. Itaque ad proprietatem naturæ gloria refertur. Dominatus ad suscepti corporis seruitutem. Si .u. caro etiam animæ iusti subdita est. Sicut scriptum est. Castigo corpus + meum & seruituti redigo quanto magis + subiecta ē diuinitati de qua dicitur. Quoniam uniuersa seruiunt tibi? Vna autem questione & Sabellianos & fotinianos & arrianos dominus excluſit. Nam cum dominum dicit: Sabellianus excluditur qui eundem uult esse patrem quem filium. Excluditur fotinus qui secundum carnem iudicat: quia

dominus Dauid regis non poterat esse nisi q
deus est. Scriptum est. u. Dominum deum tu-
um adorabis & ipsi soli seruies. Nunquid cō-
tra legem propheta sentiret qui sub lege regā-
ret? Excluditur arrius quia filium sedere au-
dit addexteram patris: Vt si ex usu argumen-
tetur humano ipse se perimat: & uenenum sa-
crilegæ disputationis suæ in se refundat: ut
dum inæqualitatem patris & filii ex consue-
tudine hominum interpretatur: in utroque
à uero deuius eum præferat cui dérogat con-
fessurus priorem quem audit addexteram.
Excluditur etiam Manicheus. Non. u. negat
esse se Dauid filium secundum carnem ut-
pote qui clamantibus cæcis Ihesu fili Dauid
miserere nobis: & delectatus est fide & steti
& curauit eos. Sed negat hoc suæ esse æter̄i-
tatis: si Dauid solus filius à perfidis nomine-
tur. Nam si filius dei est cōtra Hebionem fi-
lius Dauid est. contra Manichēos. filius dei ē.
contra Fotinum filius Dauid ē. contra Mar-
cionem filius dei est. contra Paulum Samosa-
tenum filius Dauid ē. contra Valentinum

filius dei ē contra arrium atque Sabellium gō-
tilis erroris ẹſt hęredeſ. Dominus Dauid eſt cō-
tra iudæos qui dei filium in carnem cernentes
hominem tantummodo impio furore credebāt.
Sed eccleſiaſtica fide & dei patris & Dauid idē
atque unus eſt filius. Quia incarnationis di
myſterium uniuerſæ ſalus eſt creaturæ. Secū-
dum quod ſcriptum ē. Vt ſine deo pro omnib⁹
guſtaret mortem. Ideſt quod creatura omniſ
ſine paſſione aliqua diuinitatis dominici ſan-
guinis redimenda ſit pretio. Vt & alibi hab&.
Omnis creatura liberabitur à corruptione ſ-
uitutis. Aliud igitur eſt ſecundum diuinam
ſubſtantiam: aliud ſecundum ſuſceptionem
ſanguinis carnis filium nominari. Nam et
ſecundum generationem diuinam deo patri
æqualis eſt filius. & ſecundum ſuſceptionem
corporis minor. & alibi. Formam ſeruꝰ inqt
accepit. Vnus tamen atque idem eſt filius.
Contra autem Sancto patriarchæ Dauid ſecū-
dum gloriam ſuam dominus eſt. Secundum
corporalis ſuſceptionis ſeriem filiuſ eſt. Non
deficiens à ſe ſed noſtræ iuſ ſibi adoptionis

acquirens. Nec solum ex genere Dauid seruitutem accepit in personam hominis sed etiam ex nomine. Inueni inquit Dauid seruum meū. & alibi. Ecce ego mitto ad uos seruum meum. oriens nomen est ei. & ipse filius ait. Sic dixit dominus qui finxit me seruum ex utero sibi: & dixit mihi. Magnum est tibi uocari puerus meum. Ecce posui te in testamentum generis mei in lucem gentium: Vt sis in salutem usq; ad extremum terræ. Cui hoc dicitur nisi christo: qui cum in forma dei esset: exinaniuit se: & formam serui accepit. Quid est in dei forma: nisi in diuinitatis plenitudine? Disce ergo quid sit: formam serui accepit. id est plenitudinem perfectionis humanæ: plenitudinem obedientiæ. Ideoque dicit in psalmo trigesimo. Statuisti in loco spacioso pedes meos. Super omnes inimicos meos factus sū obprobrium. Illustra faciem tuam super seruum tuum. Seruus dictus est homo: in quo unctus est. Seruus homo in quo sanctificat est. Seruus homo in quo factus sub lege. factus ex uirgine ē. & ut de compendio dicā.

Seruus dicatur in quo matrem habet. sicut scri-
ptum ē. O domine ego seruus tuus: ego seruus
tuus & filius ancillæ tuæ. Quis nimis humi-
liatus est nisi christus: qui uenit ut omnes
liberaret per obedientiam. Sicut. ii. per inobedi
entiam uniuus hominis peccatores constituti
plurimi: ita & per uniuus obedientiam iusti cō-
stituentur multi. Quis calicem salutaris acce-
pit. ~ christus princeps sacerdotum. An Dauid
qui neque sacerdotium habuit nec passionem
subiit. Quis sacrificauit hostiam laudis. ~ sed si
hoc parum est accipe aliud. Custodi animam
meam quoniam sanctus sum. Nunquid ē hoc
Dauid dicere: sed ille dicit qui ait. Non derelin-
ques animam meam in inferno: nec dabis san-
ctum tuum uidere corruptionem. Idem ergo u-
trunque dicit: & addidit. saluum fac seruum
tuum. & infra. da potestatem puero tuo et filio
ancille tuae. Et alibi. i. in Ezechiel. & suscita-
bo pastorem super eos unum: & reget eos seruus
meus Dauid: & erit eorum pastor: et ego domi-
nus ero illis in deum: & Dauid in medio eorum
princeps. Vtique Dauid iam defunctus erat filiꝰ

Iesse. De christo itaque dicit qui propter nos filī
ancillæ factus ē secundum formam hominis.
Nam secundum diuinam generationem non
matrem habet: sed patrem / nec corporalis uen-
tris est fructus: sed sempiterna dei uirtus. Ergo
etiam illud cum Legimus: quia dixit dominꝰ.
Tempus meum nondum impletum est: & adhuc
modicum tempus uobiscum sum: & uado ad eū
qui me misit: & clarificatus est filius hominis
ad incarnationis sacramentum referre debem⁹.
Cum autem Legimus & deus clarificatus est ī eo.
& deus clarificauit eum. Quid ibi est quæstiōis:
ubi & filius clarificatur à patre: & pater clarifica-
tur à filio. Denique ut fidem unitatis et copu-
lam trinitatis aperiret. Etiam à filio clarifica-
dum se ēe dixit: sicut habes. Ille de meo accipiet
& clarificabit me. Clarificat ergo dei filium ēt
spiritus sanctus. Quomodo igitur ipse dixit. Si
ego clarificauero me ipsum claritas mea nihil ē.
Ergo nihil est claritas filii. Sacrilegum est dicē
nisi referas ad carnem: quia in persona hōis
filius loquebatur: eo quod comparatione diuini-
tatis nulla carnis est claritas. Definant igit̄

impie obiicere quod in suam perfidiam retorque-
tur. Scriptum est. H. non ego. Nunc clarificat
est filius hominis. Sed uideant quid adiectū
sit. & deus clarificatus est in eo. Ego excusatio-
nem habeo de filio hominis. ille de patre non
habet. Quia pater non suscepit carnem. Ex-
cusationem habeo & non utor: ille non habet
& calumniatur. Aut simpliciter me patiatur
intelligere aut ad carnem referre quae cānis
sunt. Pia mens quæ Leguntur secundum car-
nem diuinitatemq; distinguit. Sacrilega con-
fundit: & ad diuinitatis detorquet iniuriam
quicquid secundum humilitatem carnis est
dictum. Quin etiam more iudaico etiam falsi
& imprudentes interpretes arriani uerborum
sunt diuinorum. Dicentes usque adeo aliam
patris aliam filii aliam spiritus sancti.

& ex uerborum ordine diuina
faciunt potestatis. Ego autem licet hoc ipsum te-
stimonium in superioribus libris pro unitate
assuerim maiestatis ac nominis: tamen si hic
faciunt quęstionem: possum testimoniis asserē
scripturarum in plærisque locis prius filium

nominatum postea patrem dictum · Nunquid igit̃
quia filii significatio ante præmissa ē: verbor⁊
ut arriani uolunt præiudicio · pater secundus
est à filio? Absit inquam absit · Nescit hunc
ordinem fides · nescit discretum patris & filii ho-
norem · Non legi non audiui nec aliquem in
deo inuenio gradum nusquam secundum nusq̃
tertium deum · Primum legi · Primum ac solũ
audiui · Si ordinis exigimus superstitionem nec
ad dexteram patris sedere filius debet: nec pri-
mum se & principium debuit dicere · Male ergo
euangelista quia prius à uerbo quam à deo coe-
pit dicens · Inprincipio erat uerbum & uerbum
erat apud deum & deus erat uerbum. Etenim
iuxta humani ritus ordinem prius patrem de-
buit nominare · Nesciuit etiam apostolus ordi-
nem qui ait · Paulus seruus christi ihesu uocat⁹
apostolus · segregatus in euangelium dei · & alibi ·
Gratia domini nostri ihesu christi & charitas di
& communicatio spiritus sancti · Si uerborum se-
quamur ordinem in primo filium posuit in se-
cundo patrem · Sed uerborum ordo sæpe mutat̃ ·
& Ideo non debes uel de ordine uel de gradu

patri deo & filio eius facere quæstionem cum secū-
dum diuinitatem diuisio nulla sit unitatis. Ad
extremum ut christianos se non esse manife-
stent negant in christum esse credendum: dicen-
tes scriptum esse. Qui in me credit non credit
in me sed in eo qui me misit. Hanc ego expe-
ctabam confessionem. Quid me quibusdam +
ambagibus ludebatis? Sciam mihi aduersus gē-
tiles esse contentionem. Sed illi conuertuntur.
Vos non conuertimini. Illis si credant saluū
est sacramentum. Vos perdidistis acceptum: +
aut nec coeptum fortasse: sed fictū. Scriptū
est inquiunt. Qui in me credit non credit in
me sed in eum qui me misit. Sed uidete quid
sequatur: & uidete quemadmodum dei filius
deus uult uideri. Sequitur. H. & qui uidet me
uidet eum qui me misit. Hoc est quia pater
uidetur in filio. Exposuit igitur id quod ante
præmisit. Quia ille credit in filium qui confi-
tetur patrem. Nam qui filium nescit nec p̄rem
nouit. Omnis. H. qui negat filium nec p̄rem
habet. Qui confitetur filium: & filium & p̄rem
habet. Quid est ergo non credit in me. Idest

non id quod corporaliter cernitis · non in homīe3
tantummodo quem uidetis · Non-u· in homine
tantummodo credendum asseruit · Sed ut credā
Quia ihesus christus ipse ē & dei filiuſ & homo.
propter quod & utrunque ait · A me ipso non
ueni · & alibi · Ego ſum principium qui et log̃r
uobis · Quaſi homo à ſe non uenit · quaſi dei
filiuſ non ex homine principium habet · Sed
ſum inquit ipse principium quod loquor uob̃ ·
Neque humana ſed diuina ſunt quæ locutuſ
ſum · Neque u· fas eſt credere quod negaueīt
in ſe esse credendum · Cum ipse dixerit · Vt +
omnis qui credit in me in tenebris non mane-
at · & alibi · Hæc eſt · u· uoluntas patris mei
qui me miſit · ut omnis qui credit in me hear
uitam, æternam · & alibi · Credite in deum &
in me credite · Nemo ergo filium ſine patre
accipiat · Quia filium legimuſ · habet patrem
filiuſ ſed non temporalem non ex paſſione +
non ex conceptione non ex gratia · Generati-
onem legi · non legi conceptionem · Et pater
dicit · genui non dicit creaui · Et filiuſ nō cre-
atorem ſuum deum ſecundum æternitatem

diuinæ generationis sed patrem nominat. Se
quoque nunc ex persona hominis nunc ī dei
maiestate significat: nunc unitatem sibi diui-
nitatis cum deo patre uendicans nunc fragili-
tatem humanæ carnis assumens nunc doctr-
nam suam se non habere nunc uoluntatem
suam se non quærere nunc testimonium suū
uerum non esse nunc uerum esse significans.
Nam ipse dixit. Si ego testimonium perhibeo
de me testimonium meum non est uerum.
& ipse in posterioribus ait. Et si ego testimoī-
um perhibeo de me. uerum est testimonium
meum. Quomodo igitur non est uerum te-
stimonium tuum domine ihesu. Cur qui cre-
didit in cruce licet positus: & inter confessi
sceleris supplicia constitutus merita latrōis
exuit. præmia innocentis emeruit. Dece-
ptus est ergo Paulus qui ideo recepit oculos
quia credidit quos amiserat ante quam cre-
deret. Errauit ne etiam Ihesus. Nauæ qui
ducem militiæ cælestis agnouit. Sed postea
quam credidit stanm uicit. Dignus q fide
prælio triumpharet. Denique non ferratis

acies in bella produxit. nec ariete cæteriſque
tormentorum machinis: ſed tubarum ſeptem
ſacerdotalium ſono murorum hoſtilium ſepta
depoſuit. Ita bellum immane confecit tubae
clangor & infula ſacerdotis. Vidit hoc meretrix
& quæ in excidio ciuitatis remedia deſperaret
ſalutis. Quia fides uicerat. Signa fidei atque
uexilla dominicæ paſſionis attollens coccum in
feneſtra ligauit. Vt ſpecies cruoris myſtici quę
foret mundum redemptura uernaret. Ita ſors
ihesu nomen fuit prœliantibus ad uictoriam.
intus ſpecies dominicæ paſſionis periclitantibus
ad ſalutem. Vnde quia intellexit Raab caele-
ſte myſterium dicit dominus in pſalmo. Me-
mor ero Raab & babylonis ſcientibus me. Quo-
modo ergo non eſt uerum teſtimonium tuum
domine niſi ſecundum fragilitatem hominū.
Omnis. h. homo mendax. Denique ut ſecun-
dum hominem dixisse se demonſtraret ait. Q
miſit me pater ipse teſtimonium perhibet de-
me. Verum autem eſt teſtimonium ſecundū
diuinitatem: ſicut ipse ait. & uerum eſt teſti-
monium meum. Quia ſcio unde ueni & quo

uado. Vos autem nescitis unde ueni & quo uado.
Vos secundum carnem iudicatis. Non ergo ſm
diuinitatem sed secundum hominem iudicant
qui putant christo testificandi scientiam defuis-
se. Ergo cum audis. Qui credit in me non cre-
dit in me. & qui misit me pater ipse mihi +
mandatum dedit. didicisti quo putes esse refe-
rendum. Denique mandatum quod esset +
ostendit dicens. Pono animam meam & iter&
sumam illam. Nemo tollit eam à me. sed ego
pono eam à memetipso. Videt si ideo domin'
dixit ut ostenderet liberam sibi ponendę ac
resumendæ animæ potestatem. Sicut ipse
dixit. Potestatem habeo ponendi eam et pote-
statem habeo iterum ꝛesumendi eam. Hoc mā-
datum accepi à patre. Siue igitur mandatū
siue ut aliqui latini habent præceptum: nō
utique secundum diuinitatem sed secundus
incarnationem datur ad subeundæ uictoriam
passionis. An uero in hanc humilitatem dei
filium deducimus: ut nisi quæ audierit facē
aut loqui nesciat & præscriptam agendi loq̄n-
diq̄ ei putamus esse mensuram qa sc̄ptus

est. Ex me ipso non sum locutus. & infra. Sicũ dixit mihi pater ita loquor. Sed ad obedientiã carnis aut fidem unitatis ista referuntur. Plærique. H. doctiores & audire filium et dicere aliquid filio patrem accipiunt per unitatem naturæ. Vnde non officium corporale sed arbitrium indissociabile ~~præparatur~~ declaratur. Neque. H. uerborum hic aliquem significat auditum sed unitatem uoluntatis atq3 uirtutis quæ & in patre ẽ & in filio quam etiã & in spiritu sancto esse memorauit alio loco dicens. Non. H. Loquitur à se sed quæ audit Loquitur. Vt aduerteremus quia quicquid spũs loquitur loquitur & filius: & quicquid loquit̃ filius loquitur & pater quia una sententia & operatio trinitatis ẽ. Sicut. H. pater uidetur ĩ filio non utique specie corporali sed unitate diuinitatis: ita etiam pater loquit̃ in filio non temporali uoce nec corporali sono: sed operis unitate. Denique cum dixisset pater q̃ime-
manet ipse loquitur: & opera quæ ego facio ipẽ facit. addidit. Credite mihi. Quia ego in patre & pater in me est. alioquin propter opa ipsa

credite. Hic intellectus est noster secundum di
uinarum scriem scripturarum. Arriani autē
qui nolunt de deo existimare quæ digna sunt
uel apto suis meritis confutentur exemplo ne
totum carnaliter credant: cum ipsi patris sui
diaboli opera incorporaliter uideant. Sicut de
eorum consortibus Judæis dominus declarauit
dicens. Vos quod uidistis patrem uestrum faci-
entem facitis. Cum utique non quia Diabolū
operantem uiderint: sed quia arbitrio eius fece-
rint arguantur. inuisibiliter in his secundus
iniquitatem suam Diabolo operante peccatū.
Hoc secundum apostolum propter insipientia
posuimus perfidorum. Cæterum satis proba-
tum est scripturarum exemplis ad unitatem +
maiestatis pertinere diuinæ: quod & pater +
maneat in filio & ea quæ loquitur filius à prē
uideatur audisse. Vnitatem autem maiesta-
tis quibus aliis possumus intelligere quam qđ
eadem patri & filio deferuntur. Nam quid p̄-
cellentius potest dici quam quod apostolus dix.
Dominum maiestatis crucifixum? Filius ergo
est & deus maiestatis & dominus maiestatis.

Sed non

Sed non creaturis subiecta maiestas · Non ẽgo creatura filius · Filius paternæ est imago substã-tiæ · Omnis autem creatura dissimilis superne substantiæ sed non dissimilis dei patris filius · Non ergo creatura filius · Filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo · Sed nulla creatura æqualis deo · æqualis autem filius · nõ ergo creatura filius · Omnis creatura mutabilis: sed non mutabilis dei filius · Non ergo creatura dei filius · Omnis creatura accidentia & boni & mali accipit suæ capacitate naturae: eademque decessionem sentit · Dei autẽ filio nihil potest de eius diuinitate uel decedere uel accedere · Non ergo creatura dei filius · Postremo unitatem intellige de ouibus dicens saluator · Nullus inquit rapit eas de manu mea · Pater quod dedit mihi maius omnibus est & nemo potest rapere de manu patris mei · Ego & pater unum sumus · Sic uiuificat filius ut pater · Sicut · H · pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat · Sic suscitat filius ut pater · Sic seruat filius ut pater · Qui non impar est gratia quomodo impar

Sed non

est potestate. Sic etiam non perdit filius ut pater.
Et ideo ne quis uel duos deos crederet uel discre-
tionem potestatis induceret unum se esse cum
patre dixit. Id quemadmodum potest dicere cre-
atura? Non ergo creatura dei filius. Non idem
est regnare & seruire. Christus autem & rex ē
& filius regis. Non ergo seruus est dei filius. Ois
autem creatura seruit. Sed non seruit dei filiꝰ:
qui ex seruis filios dei facit. Non ergo creatura
dei filius. Diuine itaque illam parabolā in-
duxit diuitis qui in regionem longinquam pro-
fectus ē accipere regnum & reuerti. Seipsum se-
cundum substantiam diuinitatis incorporatio-
nisque describens. Ipse. n. diues secundum ple-
nitudinem diuinitatis qui pro nobis pauper fa-
ctus est cum diues esset & rex æternus: et ex
æterno rege progenitus: peregre profectus ſm
corporis susceptionem quia uias hominis tāq̃
iter ingressus alienum uenit in hunc mūdum.
ut regnum sibi pararet ex nobis. Venit ergo
christus in hanc terram regnum accipere de
nobis: quibus ait. Regnum meum dei intra
uos est. Hoc est regnum quod christus accepit

Hoc est quod patri tradidit. Nam quomodo regnum accepit qui rex erat sempiternus. Venit ergo filius hominis accipere regnum & reuẽti. Noluerunt eum suscipere iudæi: quibus ait. Illi qui noluerunt me regnare super se adducite & interficite eos. Sequamur scripturarum ordinem. Ille qui uenit regnum deo patri tradet: & cum tradiderit regnum cum aũte subiecta illi fuerint omnia: tunc & ille subiectus erit illi qui sibi subdidit omnia. ut sit deus oĩa & in omnibus. Tunc & ipse subiectus erit ei: sicut filius hominis. Regnum accipit dei filiꝰ ut filius utique hominis etiam traditurus est. quod accepit. Si ut filius hominis: tradit ergo & ut filius hominis. Subiectionem utique ꝓ conditionem carnis non per maiestatem diuinitatis agnoscis. Et tu ad contumeliam obiicis quod ei subiecerit omnia deus. Cum audias qđ regnum filius hominis deo tradat: & ut in superioribus libris diximus legeris. Nemo uẽit ad me nisi pater attraxerit eum & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Si litteram sequaꝝ uide magis atque aduerte unitatem honoris centiæ.

Et pater subiecit filio & filius patri tradit. Dic quid sit amplius trahere an resuscitare. ⁊ Nonne secundum morem hominum ministerium trahentis potestas est suscitantis. ⁊ Sed & filius ad patrem trahit & pater ad filium trahit et filius suscitat & pater suscitat. Facessant sacrilegę commenta discretionis ubi unitas potestatis est. Tradat igitur patri regnum suum filꝰ. Non deperit christo regnum quod tradit ꝫ proficit. Nos sumus regnum quia nobis dictum ē. Regnum dei intra uos ē. & sumus regnū christi ante: postea patris. Quia scriptum est. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Cum ī uia sum christi sum. Cum peruenero patris sum. Bonum est in regnum christi esse: ut christꝰ nobiscum sit: sicut ipse ait. Ecce ego uobiscum sum usque ad consumationem sæculi. Sed melius est esse cum christo. Dissolui. H. & cum + christo esse multo melius cum in hoc mundo sub peccato sumus. Christus nobiscum est ut per uniꝰ obedientiam iusti constituantur multi. & si peccatum mundi huius euasero incipiam esse cum christo. Denique ait. Vēiam

iterum & assumam uos ad me · & infra · Volo
ut ubi ego sum & isti sint mecum · Ergo nūc
sub regno christi sumus dum in opere uersa-
mur & facto · dum formam sequimur serui ·
quam ille cum se exinanisset accepit · Cum
uero gloriam eius uiderimus quam habuit +
priusquam mundus esset erimus in dei regō
in quo patriarchæ sunt & prophetæ · De quibūs
scriptum est · Cum uideritis Abraham Isaac
Iacob & omnes prophetas in regno dei · Vt iam
plenius & dei cognitione potiamur · Sed ī filii
regno & pater regnat · Quia pater in filio et in
patre filius · & in quo habitat pater habitat &
filius sicut ipse ait · Ego & pater ueniemus &
mansionem apud eum faciemus · Ergo sicut
una domus ita & unum regnum · Eousque
autem unum patris & filii regnum est · ut quod
filius tradit pater accipiat · & quod pater accipit
filius non amittat · Ergo in uno regno unitas
potestatis est · Nemo igitur diuinitatem inter
patrem filiumque secernat · Quod si patri et fi-
lio unum dei nomen & uis est cum deus uerō
& rex sempiternus sit etiam dei filius nō utiq

secundum diuinitatem subiectus est dei filiꝰ
Subiectum itaque Imperator Auguste quemad-
modum debemus accipere consyderemus. Quo-
modo. H. subiectus est dei filius? Vt creatura ua-
nitati. Sed impium est de diuinitatis substãtia
tale aliquid existimare. An quemadmodũ
creatura omnis dei filio quia æque scriptum
est. Omnia subiecta subiecta sub pedibus eiuſ.
Sed non christus sibi ipse subiectus est. An
quemadmodum mulier uiro. Sicut Legimuſ.
Mulieres uiris suis subditæ sint. & alibi. Mu-
lier in silentio discat cum omni subiectione. Sed
sacrilegum est uel patri uirum uel dei filio +
mulierem comparare. An quemadmodum
Petrus dixit. Subiecti estote omni humanæ
ordinationi. Nec sic itaque christus. Vel q̃ue-
admodum Paulus scripsit. Patri & deo subie-
cti mutuicem in timore christi. Sed neque in
suo neque in alterius christi timore subiectꝰ
est filius quia unus est christus. Quorum ũe-
borum nim consyderate. Quia patri subiecti
sumus dum etiam christum ueremur. Quo-
modo ergo subiectum intelligimus. Totum

apostolicum caput recensedamus. Vt nihil uideatur fraude subtractum aut obreptione perstrictum. Si in hac inquit uita tantum in christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si autem christus surrexit à mortuis primitiæ dormiētiū. Videtis quoniam de resurrectione christi tracta est disputatio: Quoniam sicut per hoīez inquit mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut. H. in Adam omnes moriuntur: ita in christo omnes uiuificantur. Vnusquisque autem in suo ordine. Primitiæ christus. Deinde ii qui sunt christi qui in + aduentum eius crediderunt. Deinde finis cū tradiderit regnum deo & patri: cum euacuauerit omnem principatum & potestatem et uirtutem. oportet. H. illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissima autem inimica destruetur mors. Omnia H. subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia tunc & ipse filius subiectus

erit illi qui ei subiecit omnia. Vt sit deus oīa
& in omnibus. Quod etiam ad hebreos idē
apostolus dixit. Nunc autem nondum uide-
mus omnia illi esse subiecta. Accepimus +
apostolicæ seriem lectionis. Quomodo igitur
subiecta dicimus? Sabelliani & Marcionitae
dicunt quod hæc futura sit christi addeum prē
subiectio. Vt in patre filius refundatur. Sit
ergo ea erit uerbi subiectio ut resoluatur in
patre dei uerbum: ergo & quæcunque prī q
filioque subiecta sunt: in patre & filio resol-
uentur. Vt sit deus omnia & in omnibus
creaturis. Sed absurdum est dicere per refusi-
onem subiectio. Alia sunt. ii. quæ subiiciun-
tur & utique quæ creata sunt & alius cuius
ista subiectio. Conticescant itaque sceuæ re-
fusionis interpretes: atque utinam & illi
tacerent. Qui quoniam insolubile dei uerbum.
deique sapientiam probare non possunt: i-
firmitatem diuinitati subiectioni ascribunt
dicentes quia scriptum est. Cum autem sb-
iecta illi fuerint omnia: tunc & ipse subie-
ctus erit. Videmus igitur quia nondum #

subiectum sed subiiciendum esse scriptura cōmemorat. Ergo nunc non est subiectus deo patri filius. In quo igitur filium subiectum fore diciti-s Si in diuinitate nec inobediens ē quia non ē à patre discors: nec subiectus quia non ē seruus sed unicus proprio patri filig. Denique cū cœlum crearet terram conderet: & potestatē exēcebat & caritatem. Nulla igitur seruilis in christi diuinitate subiectio. Si autem nulla subiecto uoluntas libera. Quod si eam subiectionē putant filii: quod cum eius uoluntate omnia faciat: Discant hoc ipsum esse indiuiduae potestatis argumentum quia unitas uolūtatis est quæ non coepit extempore sed erat sēper. Vbi autem unitas perpetua uoluntatis non utique temporalis subiectionis infirmitā-s Si. H. per naturam subiiceretur semper subiectus maneret. Cum uero subiiciendus dicatur in tempore: dispensationis ergo susceptæ: non perpetuæ infirmitatis ē: illa subiectio. maxīe cum sempiterna dei uirtus non possit statum mutare pro tempore: nec deo patri extēporuis potestatis accedere. Nam si filius aliqn

mutabitur. Et secundum diuinitatem subiiciatur:
ergo & deus pater si aliquando plus poterit: ut sub-
iectum secundum diuinitatem habeat filium: nc
interim minus posse secundum interpretationem
uestram necesse est existimetur. Quid autem cul-
pæ commeruit filius ut postea secundum diuinita-
tem subiici posse credatur. Nunquid secundum +
carnem ad dexteram patris sedere præripuit & i-
uito patre sibi prærogatiua paterni solii uendicau-
Sed ipse ait. Omnia quæ placita sunt ei facio +
semper. Ergo si in omnibus patri complacet filii
cur subiicietur: quia nec subiectus non erat.
Videamus itaque ne non diuinitatis illa sed no-
stra fiat in christi timore subiectio plena gratiæ
& plena mysteriorum. Itaque rursus apostolica
uerba pandamus. Cum autem subiecta inquit
illi fuerint omnia: tunc & ipse subiectus erit ei
qui sibi subiecit omnia: Vt sit deus omnia: et
in omnibus. Ergo quid dicitis. Nunc subiecta
non sunt ei omnia. Non subiecti sanctorum cho-
ri. non angeli qui interris posito ministrabat.
non archangeli qui etiam ad mariam aduent
dominici prænuncii mittebantur. nō omnis

milicia cœlestis ~ non cherubin & seraphin ~ non
throni & dominationes & potestates quæ uenerā-
tur & Laudant ~ Quomodo ergo subiecta erūt ~
Sic utique quemadmodum ipse dominus dixit.
Tollite iugum meum super uos · Non · H · indomi-
ti iugum portant sed humiles atque mansueti ·
Hæc est plane nec ipsis uilis hominibus sed +
gloria of subiectio · Vt in nomine ihesu omne ge-
nu curuet cœlestium & terrestrium & infernor~
& omnis lingua confiteatur quoniam dominū
ihesus in gloria dei patris est · & ideo autem
ante subiecta non erant omnia quia nōdum
receperant sapientiam dei · Nondum habiles iu-
gum uerbi mentis quadam cœruice portabāt ·
Quoquot autem sicut scriptum est receperūt
eum dedit eis potestatem filios dei fieri · Dic
aliquis · Ergo iam subiectus est christus quia
plurimi perdiderunt · Minime · Quia non in
paucis est christi subiectio · Sed in omnibus ·
Sicut · H · si in me concupiscat adhuc caro aduer-
sus spiritum · Spiritus aduersus carnem nō
uideor esse subditus & si ex parte sim subdi-
tus · Itaque omnis ecclesia unum corpus est

christi. Quandiu genus dissentit humanum christum diuidimus. Nondum ergo subiectus est christus. cuius non sunt adhuc membra subiecta. Cum autem fuerimus in multa membra sed unus spiritus tunc & ipse subiectus erit: ut per ipsius subiectionem sit deus oīa in omnibus. Sicut autem nondum subiect? est christus: ita nondum perfectum opus patris quia docuit filius dei. Meus cibus ē ut faciam uoluntatem patris mei qui me misit & perficiam opus eius. Quid igitur quæstionis est quia in me erit filii subiectio in quo, imperfectum opus est patris quia nō sum ipse perfectus. Ergo qui perfectum opus facio patris ipse filium facio esse subiectum. Sed nō ē iniuria ista sed gratia. Quia in eo quod subiicimur utique non diuinitatis profectus est ut subiiciamur Legi: subiiciamur gratiæ. Quōdz ante sicut ipse dixit apostolus sapientia erat carnis inimica in deum. Legi. ℟. non erat subdita. Nunc autem per christi est subdita passionem: & tamen ne quis calumnietū. Videte quid diuinitus spirans scriptura pr̃ecauer̃.

Ostendit. H. nobis in quo subiectus erit deo + christus dum docet in quo sibi uniuersa subiecerit. Ideoque dicit. Hunc autem nō uidemus ēi omnia subiecta. Nam paulo minꝰ quam angelos minoratum uidemus ihesū propter passionem mortis. Ostendit itaque minorem factum in carnis susceptionem. Quid igitur impedit quin etiam susceptionem incarnis susceptione significet ꝓ quā subiiciet sibi omnia: dum in ipsa patri do est ipse subiectus. Consyderemus itaque eī subiectionem. Pater inquit: si uis transfer calicem hunc à me. Verum non mea uoluntas sed tua fiat. Ergo secundum humanæ naturæ assumptionem erit illa subiectio. Quia sicut legimus specie inuentus ut homo. humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Subiectio unqꝫ obedientiæ est obedientia mortis mors assumptionis humanæ. Assumptionis ergo humanæ erit illa subiectio. Nequaquā igiꝫ diuinitatis infirmitas sed dispensatio istā + pietatis est. Vide quam non timeam eorum

propositiones. Illi obiicaunt subiiciendum patri deo. Ego lego Mariæ subditum matri. Qa scriptum est de Ioseph & maria erat subdit illis. Aut si hoc non putant dicant quia hominibus erat subiecta diuinitas. Nō igit̃ præiudicet quia subiectus dicitur: cui non præiudicat quia seruus legitur: quia crucifixus asseritur mortuus prædicatur. Cum moreretur uiuebat: cum subiiceretur regbat: cum sepelliretur resuscitabat. Hic subiectum se potestati præbebat humanæ. Alibi dominum se maiestatis declarabat + æternæ erat sub iudice & ad dexteram dei sōlium sibi iudex perpetuus uendicabat. + Scriptum est denique. A modo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis. Vapulabat à Iudæis imperabat anglis. Cum itaque unius naturæ sint & pater et filius & spiritus sanctus. Vtique non erit pr sibi ipse subiectus. Sed ideo non erit ineo subiectus filius in quo cum patre unum ẽ ne per unitatem diuinitatis uideatur et pater filio esse subiectus. Ergo sicut ĩlla

cruce non diuinitatis plenitudo sed nostra fragilitas est subdita · ita etiam postea subiectū erit filius patri in nostræ utique participatione naturæ. Vbi subiectis carnis illecebris non diuitiæ cordi non ambitio non uoluptās sed omnia nobis deus sit: si per omnia q̄tum capere possumus ad eius imaginē similitudinemq́ue uiuamus. Ad commvnitatem igitur beneficium transiuit à specie quia in sua carne naturam totius humanæ carnis edomuit. & ideo iuxta apostolum sicut portauimus imaginem huī terreni: portemus & imaginem huius cælestis. Quo utique nisi per interiorem hominem non potest peruenīri. Deponētes igitur uniuersa: hoc est illa quæ legimūs iram animositatem blasphemiam turpiloquium: & sicut infra dictum est expoliantes nos ueterem hominem cum actibus eius induamus nouum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius q̄ creauit eum: & ut scires quia cum dicit ut sit deus omnia in omnibus à do prē

non separet christum: ipse ad colosenses dicit.
Vbi non masculus inquit & foemina Iudæus
& græcus barbarus & scyta seruus & liber sed
omnia & in omnibus christus. Ergo etiam
cum ad Corinthios dicit ut sit ~~du~~ deus omīa
& in omnibus: & unitatem & æqualitatem q̄
deo patre complexus est christi. Quia nec à
patre filius separatur: & similiter sicut pater
omnia & in omnibus: ita omnia & in omīb⁹
christus operatur: non utique in diuinitatis
maiestate subiectus est. sed in nobis. Quomodo
autem subiectus in nobis nisi eo modo quo
minor angelis factus in corporis scilicet sacra-
mento? In eo. h. nondum subiecta ei omnia
uidebantur quæ creatori suo à principio sui
utique seruiebant. Quod si quæris quemad
modum sit subiectus in nobis ipse ostendit
dicens. In carcere eram & uenistis ad me. In-
firmus eram & uisitastis me. Quod. h. uni
horum minimorum fecistis mihi fecistis. In-
firmum audis & non moueris. Subiectum
audis & non moueris? Cum eo infirmus ī
quo subiectus in quo peccatum atq; maledictū

pro nobis

pro nobis factus est · Sicut igitur non propter se
sed pro nobis peccatum atque maledictum fa-
ctus est ita non pro se sed pro nobis subiectus in
nobis · Non in natura subiectus æterna neque
H· in natura maledictus æterna · Maledictus
H· omnis qui pependit in ligno · Maledictus
quia nostra maledicta suscepit · Subiectus q̄s
quia subiectionem nostram ipse suscepit. for-
mæ humanę assumptione non in dei ma-
iestate · Vt dum ille nostræ fragilitatis se p̄-
ber in carne consortem : non in uirtute sua
diuinæ faceret consortes naturæ · Non quo+
aut hoc nobiscum super christi generatione +
naturæ consortium aut diuinitatis in christo
sit illa subiectio · Sed sicut in illo per carnem
illam quæ est pignus nostræ salutis sedere
nos in cœlestibus apostolus dixit utique non
sedentes sic & ille per ~~naturæ~~ nr̄æ assumptionem
naturæ dicitur subiectus in nobis · Quis enim
tam demens qui puter ut supra diximus q̄d
ad dexteram dei p̄ris sedes sibi uenerabilis de-
beatur : cum licet etiam secundum carnem
christo ed à patre generationis ī supernæ

& equalitatis potentia deferatur. Angeli non sedēt
& tu tibi præsumptione sacrilega solium dei sterniſ~
Scriptum est ingues. Quia cum mortui essem
peccatis conuiuificauit nos in christo cuius gratiâ
estis salui facti. Sed simul suscitauit simulq; fe-
cit sedere in cœlestibus in christo ihesu. Agnosco
scriptum. Sed non ut hommes sedere ad dexterā
sibi patiatur deus. Sed ut in christo sedere quia
ipse est omnium fundamentum & ipse est
caput ecclesiæ. In quo communis secundū cānē
natura prærogatiuā sedis cœlestis emeruit.
In christo. H. deo caro In carne autem humana
natura generis omnium hominum partiçeps
honoratur. Sicut nos ergo in illo sedemus per
corporeæ communionem naturæ ita & ille q
per susceptionem nostræ carnis maledictum pro
nobis factus est: cum maledictum utique in be-
nedictum filium dei non cadat: ita inquam &
ille per obedientiam omnium erit subiectus in
nobis cum gentilis crediderit: & Judæus agno-
uerit quem crucifixit cum Manicheus adora-
uerit quem in carne uenisse non credit cum
Arrius omnipotentem confessus fuerit: qūe

negauit · Postremo in omnibus fuit sapientia
dei iusticia pax charitas resurrectio · Per sua igit̃
opera & genera diuersa uirtutum erit in nobis
patri subiectus cum uiciis abdicatis & feriante
delicto unus in omnibus deo coeperit in uno se-
su populorum omnium spiritus adherere · Tūc
erit deus omnia & in omnibus · Conclusionem
igitur totius absolutionis breuiter colligamus ·
Vnitas potestatis opinionem iniuriosæ subie-
ctionis excludit · Euacuatio potestatum et ui-
ctoria de morte quæsita · triumphatoris utiqꝫ
non minuit potestatem · Subiectionem operat̃
obedientia · Obedientiam christus assumpsit :
Obedientia usque ad crucem : crux ad salutem ·
Ergo ubi opus ibi & auctor est operis · Cum igit̃
omnia christo subiecta fuerint per obedientiaꝫ
christi & in nomine eius genu flectent · Nunc
.ꝫ. quia non omnes credunt non uidentur om̃s
esse subiecti · Cum omnes ergo crediderint et
dei fecerint uoluntatem erit omnia & in oībꝫ
christus · Cum christus fuerit omnia & in oīb²
erit omnia : sed in omnibus deus quia pater
maner semper in filio · Q uomodo ergo ifinita

ms

arguitur qui redemit infirmos. Ac ne forte &
illud ad infirmitatem filii referas quod scriptum
est quia subiecit ei deus omnia. Disce quod ōia
sibi etiam ipse subiecerit. Scriptum est. H. Nostra
autem conuersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem
expectamus dominum iesum qui transfigura-
uit corpus humilitatis nostræ: conforme ut
fiat corpori gloriæ suæ secundum operationem
qua possit etiam subiicere sibi ~~gloria~~ omnia.
Didicisti ergo quod omnia possit sibi subiicere
secundum operationem utique diuinitatis. +
Disce nunc quoniam secundum carnem omīa
subiecta accipiat sicut scriptum est. Qui opera-
tus est in christo suscitans eum à mortuis: et cō-
stituens eum ad dexteram suam in cœlestibus
supra omnem principatum & potestatem et uir-
tutem & dominationem & omne nomen quod
nominatur non solum in hoc seculo & sed et
in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius.
Secundum carnem igitur omnia subiecta tra-
dentur secundum quam & à mortuis suscitat⁹
est. Hæc est piæ subiectionis interpretatio. Et-
enim cum dominicæ passionis hoc munꝰ sit.

utique inquo passus ē in hoc erit subiectus ī
nobis. Quærimus qua causa ut neque angeli
neque uirtutes neque altitudo neque profūdū
neque præsentia neque futura neque creatura
alia separare nos possit à charitate quæ ē in
christo ihesu. Videmus itaque ex his quæ dixi-
mus nullam exceptam esse creaturam sed
istis quas supra dixit: omnem siqua ē annu-
meratam esse. Simul etiam illud est consy-
derandum quia cum in superioribus dixit:
Quis nos separabit à charitate christi subtō
posuit. Neque mors neque uita nec alia crea-
tura separare nos poterit à charitate dei que
est in christo ihesu. Videmus ergo eandem cha-
ritatem dei esse quæ christi est. Denique nō
otiose posuit charitatem dei quæ est in christo
ihesu ne separatam dei & christi intelligeres
charitatem. Nihil autem est quod caritas di-
uidat: nihil quod diuinitas sempiterna nō
possit. nihil quod lateat ueritatem. Fallat
iustitiam prætereat sapientiam. Vnde exe-
crabiles eos qui ista commemorant: & à spi-
ritu sancto esse damnatos scire debemus: Q°s

enim alios nisi ſpecialiter arrianos prophera condemnat qui dicunt quod dei filius neſci-, at tempora & annos. Non. H. eſt aliquid quod ignoret deus. Si autem deus chriſtus. & altiſſimus chriſtus ipse eſt. H. ſuper oīa deus. Videte quemadmodum ſanctus da- uid huiuſcemodi homines qui dei filio ſci- entiam derogent perhorreſcat. Sic. H. hēs. In laboribus hominum non ſunt & cum hominibus nō flagellabuntur. Ideo obti- nuit eos ſuperbia eorum cooperti ſunt iniquitate & impietate ſua. Prodiit qua- ſi ex adipe iniquitas eorum tranſierūt in diſputationem cordis. Eos utique cō- demnat qui ex diſpoſitione cordis æſtimā- do quæ diuina ſunt: arbitrantur. Deus nec diſpoſitioni eſt ſubiectus nec ordini. Quando etiam ipſa quæ ſunt in usu ho- minum & ſucceſſione generis humani non ſemper aliqua ſollemnis diſputatione rationis: ſed plærunque ſecretis latentib2 que clauſa myſteriis euenire cernamus. Cogitauerunt inquit & locuti ſūt negtiaz

iniquitatem inexcelsum locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum. Videmus itaq; quod impii sacrilegii reos damnent qui ex similitudine humanæ naturæ dispositionē sibi arrogent cœlestis arcani & dixerunt. Quomodo sciuit deus? & si est scientia in altissimo? Nonne hæc quotidie perstrepūt arriani: Scientiam omnem in christo ēe non posse? Quia ipse inquiunt se diei & horæ est professus ignarum. Nonne dicit quomodo scauit qui eum non potuisse scire commemorant nisi quæ audierit aut uiderit: & ea quæ spectant ad diuinæ unitatem naturæ: ad infirmitatem sacrilegā interpretatione deriuant. Scriptum est inquiunt. De die autem illa & hora nemo scit: nē angeli cælorum nec filius nisi pater solus. Primum ueteres non habent codices græci & nec filius scit. Sed non mirum si & hoc falsarunt qui scripturas interpolauere diuinas. Qua ratione autem iudicatur adiectum proditur: dum ad interpretationem tanti sacrilegii deriuantur. Pone tamen

ab euangelistis scriptum medium utique
nomen sed filii. Nam & filius hominis dr
ut secundum imprudentiam assumptionis
nostræ diem futuri iudicii nescisse uideat.
Quomodo .H. nesciret diem dei filius: cum i
ipso sint thesauri sapientiæ & scientiæ dei
absconditi. Quæro autem utrum ex suba
dn ex accidenti habuerit scientiam. Omis
.H. scientia aut ex natura aut ex disciplina
est. Ex natura supperit ut equo currere
pisci natare. Hoc .H. faciunt ante quam di-
scant. Ex scientia rursus. suppetit naturæ
homini. Nam nisi didicerit scire nō po-
terit. Cum ergo multis animantibus sup-
petat ex natura facere & scire quæ non
didicerint quid censes de dei filio. Vtrum
ex institutione dn ex natura habeat sciaz.
Si ex institutione ergo non est natus sapi-
entia. & ex processu coepit esse perfectus
nec erat semper. Quod si naturalem scie-
tiam habet: Vtique perfectus in principio
erat: ex patre processit perfectus: & ideo
præscientia non equit futurorum. Non +

ergo nescauit diem. Neque H. sapientiæ dei
est: ex parte scire & ex parte nescire. Nam
quomodo potest nescire qui fecit omnia cui
minus ~~fecit~~ sit scire quam facere? Multa
H. scimus quæ facere non possumus nec eodē
modo omnes scimus sed ex parte cognoscimꝰ.
Nouit H. uentorum uim stellarumque cūsus aliter rusticus aliter ciuitatis incola aliter gubernator. Etsi non omnes norunt
omnia tamen nosse dicuntur. Solus autē
plenè nouit ille qui fecit. Nouit gubernator quod à uergilia procedat arcturus quales ortus exploret orionis: non tamen colligationes uirgiliarum cæterarumque stellarum: aut numerum nouit: aut nōia
sicut ille qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus iis nomina uocat: quem
utique non fallit operis sui uirtus. Quomo
H. uultis hæc fecisse dei filium? Nunquid
quasi anulum qui non sentit quod exprimit? Sed omnia in sapientia fecit pater q
est uirtus dei atque sapientia. Sapientię
autem id conuenit ut suorum operum

& uirtutes norit & causas & ideo non potuit
creator omnium ignorare quod fecit. nesc̄
quod ipse donauit. & alibi ait scriptura ꝑ
quem facta sunt sæcula splendor est gloriae
& caracter substantiæ eius. Secula .ii. & præ-
terita & præsentia & futura sunt. Nouit ergo
diem quem fecit. Sed dicis quia præsentem no-
uit nescat futurum. Licet inepta sit propositi
tamen ut de scripturis satisfaciam tibi disce
quia non solum præterita fecit sed etiā quæ
futura sunt. Sicut scriptum est: Qui fecit q̄
uentura sunt & uocat quæ non sunt tanquā q̄
sint. Sic & fecit quæ futura sunt tanquam
quæ sint: quia non contingit ut non sint.
sed necessario sunt futura quæ esse præcepit.
Ergo qui fecit quæ futura sunt eo genere q̄
sunt futura cognouit. Si hoc de sæculis mul-
to magis de iudicii credendum est die eo qd
cognitionem eius habeat dei filius tanquaz
à se facta iam. Quia scriptum est dispositi-
one tua permanebit dies. Non solum per-
manere dixit: sed & permanebit ut eius +
dispositione quæ uentura sunt gubernentur.

Disposuit. ergo non nouit. Plantat aurem non audit? Qui finxit oculum non consyderat? Quomodo ergo facta sunt quæ uentura sunt nisi quia creatoria uirtus & scientia cōp-hendit numerum omnium sæculorum? Videamus tamen ne quid forte magnum sit quod creatorem suum potuerit præterire. Tamen eligant utrum quasi magnum aliquid & præstantius putent esse quam cætera: aut quasi minimum atque abiectum. Non est iniuria ut nostro usu loquar iulia & exigua nescire. Nam cum potentiæ sit scire quæ maxima sunt: despexisse magis uidetur degeneris operis uilitatem. Fastidio igitur absolutus est non potestate fraudatur. Quod si magnum & summum arbitrantur scire iudicii diem: dicant quid deo patre maius aut melius sit? Patrem confitetur. Deum nouit: ut ipse ait. Quia nouit patrem nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Patrem inquit nouit & diem nescit? Sic ergo credetis quia patrem reuelat & diem non potest reuelare. Deinde quia gradus quosdam facitis ut prez

filio: filium spiritui ita preferatis · Dicate mihi
Vtrum spiritus nouerit iudicii diem . Nihil enim
de eo scriptum est hoc loco · Negatis profecto ·
Quid si doceo quod nouerit ? Lectum est enim ·
Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctū.
Spiritus enim omnia scrutatur etiam alta dei.
Vtique quia alta dei scrutatur cum deus noue-
rit iudicii diem etiam spiritus nouit · Nouit
.H. omnia quæ deus nouit sicut & apostolus
declarat dicens · Quis · H. scit hominum quæ
hominis sunt nisi spiritus qui in ipso est . Sic
& quæ dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei.
Videte igitur ne aut negando sanctum spiri-
tum scire negetis & patrem scire quia quæ
dei sunt cognouit & dei spiritus · Quæ autem nō
cognouit spiritus dei: uel quæ dei non sunt:
Aut confitendo quia spiritus nouit dei quod
negatis filium dei scire · Contra uestram asse-
tionem spiritum filio præferetis · Verum non
solum sacrilega ista sed etiam inepta dubitatio ·
Nunc consyderemus quibus modis scientia
colligatur & ostendamus ipsum filium de-
monstrasse quia & diem sciret · Quod enim

scimus aut tempore aut loco aut signis aut
personis declaramus aut ordine. Quomodo ig̃
nescuit Iudicii diem qui & horam iudicii et
locum & signa expressit & causas. Denique sic
habes. In illa hora qui fuerit in tecto non de-
scendat tollere vasa. & qui in agro similiter
non redeat retro. Eorumque igitur futurorum
norat periculorum euentus: ut etiam præsidia
periclitantibus demonstraret. An poterat diem
dominus ignorare qui ipse de se dixit. Quia
filius hominis dominus est sabbati. Locum
quoque etiam alibi designauit: cum sibi stru-
cturas templi ostendentibus discipulis dicẽt.
Videtis hæc omnia. Amen dico uobis non re-
linquetur lapis super lapidem qui non destru-
atur. De signis quoque interrogatus ab aposto-
lis respondit. Videte ne seducamini. Multi
enim uenient in nomine meo dicentes quod
ego sum christus. & infra. Terræmotus ingr
magni erunt & pestilentia terroresque de
cælo & signa magna erunt. Itaque et perso-
nas expressit & signa. Quo autem modo
uel circundaturos exercitus hierusalẽ dicat.

Vel implenda tempora gentium: & quo ordiē
euangelicæ utique Lectionis attestationes referat.
Sciuit ergo omnia. Sed quærimus qua ratione
momenta designare noluerit. Si quærimus:
inueniemus non ignorantiæ esse sed sapien-
tiæ. Nobis. H. scire non proderat: Vt dum cer-
ta futuri iudicii momenta nescimus: semper
tamen in excubiis constituti: & in quadam
uirtutis specula collocati peccandi consuetu-
dinem declinemus ne nos inter uitia dies do-
mini deprehendat. Non. H. prodest scire ꝫ
metuere quod futurum est. Scriptum est. H.
Noli alta sapere sed time. Nam si diem de-
signasset expressæ uni ætati hominum q̄
proxima erat iudicio. Videretur doctrinā præ-
scripsisse uiuendi superioris temporis. Aut
iustus esset remissior aut peccator securior.
Nanque adulter nisi cottidianam poenam +
metuat: non potest adulterandi cupiditate de-
sinere. Nec Latro obsessorum saltuum secre-
ta deserere nisi sciat sibi momentis omnibū
iminere supplicium. Plærunque. H. quibus
incertum est impunitus timor tædio est.

& ideo ergo dixi. Quia scire non proderat. Imo proderat ignorare. Vt ignorantes timeremꝰ Vt obseruantes emendaremur. Sicut ipse dixit. Estote parati quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Nanque milꝫ nisi bellum in manibus esse cognoscat prætendere non nouit in castris. Vnde alibi quoqꝫ ipse dominus interrogatus ab apostolis quādo restitueret regnum israel: non se nescire dixit sed ait. Non est uestrum scire tempora & annos quæ pater posuit in sua potestate. Attende quid dixerit. Non est uestrū scire. Lege iterum. Non est uestrum scire. Vestrū dixit: non meum. Iam. n. non secundum pfectionem: sed secundum profectum humani corporis ac nostræ animæ loquebatur. Vestꝫ ergo dixit non meum. Quod & apostolus secutus. De horis autem & momentis fratres non habetis inquit opus ut uobis scribamus. Itaque nec apostolus quidem ipse christi serꝰ dixit se nescire momenta. Sed non opus esse doceri populum: qui semper sub talibus mōtis esse debet armatus: ut uirtus christi in

uno quoque procedat. Cum autem dicat dñus
de temporibus quæ pater posuit in sua potesta-
te: utique non potest exors ~sapientiæ ēsse pa-
ternæ; cuius nequaquam exors est potestatis:
cum potestas ex sapientiæ uirtute gignatur
quod utrunque christus est. Sed quæro qua
causa non ita discipulis negauerit quasi scire
nollet dicere. sed neque angelos neque fili-
um scire commemorauit. Interrogabo uos &
ego qua causa in genesi deus dicat. Descendam
itaque ut uideam secundum clamorem ueī-
entem ad me. Si consumabuntur. Sin autē
ut sciam qua causa etiam scriptura de domi-
no dicat: & descendit dominus uidere ciuita-
tem & turrem quam ædificarent filii hoīuz.
Qua causa etiam in psalterio propheta dicat
Dominus respexit super filiis hominum ut
uideat si est intelligens aut requirens deuz.
Quasi & illic si non descenderet deus: & hic
si non prospiceret dominus aut opera homi-
num ignoraret aut merita. Sed & iam in
euangelio habes secundum Lucam. quia pa-
ter dicit. Quid faciam ~Mittam filiū meū

dilectissimum.

dilectissimum. Forsitan huncreuerebuntur.
Secundum Matthæum autem & secundum
Marcum habes. Quoniam misit filium
suum unicum dicens. Verebuntur filium
meum. In uno libro dicit forrasse uerebun-
tur: & quasi nesciens dubitat. Nam hic ser-
mo dubitantis est. At in duobus autem ali-
is libris. Verebuntur inquit filium meum.
Hoc est confirmat reuerentiam deferendaz.
Sed neque dubitare dei est neque falli. Du-
bitant. H. qui ignorat quod ꝓ futurum ē.
Fallitur autem qui aliud prædixit: & aliud
est secutum. Quid autem euidentius quam
quod scriptura habet: aliud patrem dixisse
de filio & aliud accidisse eadem scriptura re-
fatur? Ille dixit. Verebuntur filium meū.
filius autem uapulauit: illusus est cruci-
fixus est: mortuus est: multoque illis ser-
uis qui prius fuerant destinati: grauiora
secundum carnem passus est. Fefellit igit̄
pater an ignorauit uel subuenire non po-
tuit? Sed uerus nescit fallere. Scriptum ē
H. fidelis deus qui non mentitur. Quomodo

autem ignorabat qui nouit omnia ? Aut
quid non potuit qui omnia potest. Tamen
si aut ignorauit aut non potuit facilius u
acquiescitis. Vt dicatis patrem ignorasse q̃
confiteamini filium scisse. Videtis quia ex
hoc ipso unius substantiæ est filius cũ pre-
si quemadmodum pater ita & filius: ut se-
cundum uestram insipientiam loquar: aut
non omnia nouit aut non omnia potest.
Non sum. H. amarus aut præceps circa filii
laudes: Vt plus audeam dicere filium pos-
se quam patrem qui nullam inter patrẽ
& filium discretionem facio potestatis. Sed
fortasse dicatis non ita dixisse patrem sed
de patre filium fefellisseꝫ. Iam ergo non
solum infirmitatis filium sed etiam sacri-
legii & mendatii coarguitis. Veruntamẽ
si non creditis de patre filio nec de se cre-
datis. Si. H. fallere nos uoluit qui dixit +
dubitasse patrem quasi nesciret quod esset
futurum: fallere ergo etiam de se nos uo-
luit quia futura nescire se dixit. Multoq;
tolerabilius ad pudorem sit ignorantiaꝫ

ante prætendi: quod de se fecit: quã si
contrario promissis lusus uideatur ef-
fectu quod de patre prædicauit. Sed neq;
fallitur pater neque fallit filius. Verum
ea est in scripturis consuetudo diuinis sic
& superiora & multa alia exempla testã-
tur. Vt deus dissimuler se nescire quod no-
uit. Et in hoc ergo unitas diuinitatis et
unitas dispositionis in patre probatur et
filio. & si quemadmodum deus pater cogta
dissimulat: ita filius etiam in hoc imago ti
quæ sibi sunt nota dissimulet. Edoctum ẽ
igitur non ignorasse dei filium quæ futũa
sunt. Quod si fatentur & ego etiam respo-
deam qua ratione neque angelos neq;
filium: sed patrem scire memorauerit.
Solemnem eius circa discipulos caritatem
etiam in hoc loco & gratiam recognosco: q;
et frequentia ipsa debet omnibus esse ita
cognitum. Mauult. H. dominus nimio ĩ
discipulos amore propensius petentibus hi
qua cognitu inutilia iudicaret uideri ig-
rare quod nouerat quam negare quae

quæ amat nostram utilitatem instruere
quam suam noticiam demonstrare. Sūt
tamen plærique non ita timidi ut ego.
malo. H. ego alta timere quam sapere. Sī
tamen plærique eo freti quod scriptum
est: & ihesus proficiebat ætate & sapiā
et gratiā apud deum & homines qui +
cantant confidenter quod secundum diui-
nitatem qui ea quæ futura sunt ignora-
re non potuit: sed secundum nostræ con-
ditionis assumptionem ignorare se q̄si
filium hominis ante crucem dixit. &
.H. cum filium dicit quasi de alio dicit.
Nam ipse est & dominus noster dei fi-
lius & filius uirginis. Sed medio uerbo
nostrum informat affectum: ut quasi
hominis filius secundum susceptionez
nostræ imprudentiæ uel profectus non
plenè adhuc scire omnia crederetur.
Non est. H. nostrum scire quæ futura
sunt. Eàdem igitur uidetur ignorare
conditione qua proficit. Nam quomo
do secundum diuinitatem proficit ī quo

habitat plenitudo diuinitatis ~ Aut quid ē
quod nesciat dei filius: qui dicebat: Quid co-
gitatis mala in cordibus uestris ~ Quomo ne-
sciebat de quo dicit scriptura. Ihesus autem
nouerat cogitationes eorum. Haec tamen
alii dicant. Ego autem ut ad superiora re-
deam qui proposuerim scriptum quia pater
dixit. fortasse uerebuntur filium meum:
quod utique ideo arbitror positum: ~ quia de
hominibus loquebatur pater: humano locu-
tus uideatur affectu. multo magis arbitror
quia filius qui cum hominibus conuersatus
est: & hominem egit & carnem suscepit: no-
strum assumpsisse affectum ut nostra igno-
ratione nescire se diceret non quia aliquid
ipse nescire. Nam etsi homo in ueritate cō-
poris uidebatur: erat tamen uita erat lux.
& uirtus exiebat de eo: quae uulnera sauti-
orum maiestatis suae auctoritate sanabat.
Aduertistis igitur quaestionem esse sublatā.
cum & filii dictum ad susceptionem integrae
conditionis referatur humanae: & de patre
ideo scriptum sit: ut uel sic calumniari filō

definatis. Nihil ergo fuit quod ignorauerit
dei filius nihil fuit quod ignorauerit pater.
Quod si nihil & filius ignorauit: Vt iam cō-
cludamus: dicant in quo eum minorem ne-
lint uideri. Si minorem generauit deus filiū
minus contulit: si minus contulit: aut min⁹
uoluit aut minus potuit. Sed nec infirmus
nec inuidus pater: quia nec uoluntas ante
filium nec potestas. In quo. H. minor q omnia
habet quæ pater habet. Nam & omnia à
patre iure generationis accepit: & totum +
patrem gloria suæ maiestatis expressit. Sc̄i-
tum est inquiunt. Quoniam pater maior
me est. Sed scriptum est. Non rapinam ar-
bitratus est esse se æqualem deo. Scriptus
est. Quia propterea uolebant occidere illū
iudei quia filium se dicebat dei: æqualem
se faciens deo. Scriptum est. H. Ego & patē
unum sumus. Vnum legunt multa nō
legunt. Hunquid ergo & minor & æqua-
lis per naturam eandem potest esse. ~ Sed
aliud ad diuinitatem refertur: aliud ad
carnem. Minorem dicunt. Quaero quis

ram exaltatus corde qui uelut ante tribunal
sub patre deum filiumque constituat: Vt de
prælatione di iudicet. Non est exaltatum cor
meum neque elati sunt oculi in uanum. Da-
uid dicit. Rex dauid exaltare cor meum in
rebus humanis: nos exaltamus aduersus di-
uina secreta. Quis igitur iudicat de dei filio.
Throni Dominationes Angeli potestates. Si
famulantur & seruiunt archangeli. sed mi-
nistrant. Cherubin. & Seraphin laudant. Si
igitur iudicat de dei filio cum legeris quia et
ipse pater nouerit non iudicet. Nemo. Nino-
uit filium nisi pater. Nouit inquit non iu-
dicat: aliud est nosse aliud iudicare. Habet pa-
ter in se scientiam. Filius supra se non hab&
potestatem. & rursus. nemo nouit patrem
nisi filium: & ipse nouit patrem: sicut et
pater nouit. Sed dicis. Quia minorem se di-
xit. Dixit & lapidem. Plus dicis impie calu-
mniaris. Minus dico & pie astruo. Minore
dicis. & supra angelos confiteris. Esto. Mi-
norem angelis dico & non derogo. Quia nō
diuinitatem arguo sed misericordiam p̄dico.

Ad te nunc omnipotens pater cum lachrymis
uerba conuerto. Ego quidem inaccessibilem
incomprehensibilem inæstimabilem prompte
dixerim. Sed filium tuum minorem nō au-
sim dicere. Nam cum illum splendorem glōriæ
& imaginem substantiæ tuæ legerim: uereor
ne minorem imaginem tuæ dicendo sbstātiæ:
minorem substantiam tuam dicere uidear:
cuius imago sit filius: cum plenitudo tuae
diuinitatis omnis in filio sit. Immensum te
filiumque tuum & spiritum sanctum circun-
scriptum / inæstimabilem inenarrabilem legi /
frequenter credo fideliter. & ideo existimār
non possum ut examinatus sim. Esto tam
spiritu ausuque temerario metiri. Undeq̄so
te metiar. Funiculum agri mensor dat pro-
phetæ: quo metiebatur angelus hierusalem.
Metiebātur tamen angelus: non arrius: +
metiebatur iherusalem non deum. & fortas-
se nec hierusalem metiri poterat angelus.
Vir. H. erat. Denique sic habet. Leuaui ocu-
los meos & uidi: & ecce uir: & in manu
eius funiculus agrimensorius. Vir ergo iste

Typus ſuſcipiendi corporis declarabatur. Vir
erat ille: de quo eſt dictum. Poſt me uenit uir
cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam cal-
ciamenti eius. Ergo chriſtus in typo. hieruſalē
metitur. Arrius deum. & Sathanas tranſfigu-
rat ſe in angelum lucis. Quid mirum ſi arri
ſuum imitatur auctorem: ut uſurpet illicita?
Licet quod pater ſuus Diabolus perſemetipſum
non fecit. intolerabiliore iſte ſacrilegio diuinor
ſibi ſcientiam ſecretorum & ſupernæ generatio-
nis archana præſumat. Diabolus uerum fili-
um dei fatebatur. Arrius negat. Si ergo meti-
ri te omnipotens pater nequeo: poſſum ne ſi-
ne ſacrilegio de tuæ generationis diſputare ſe-
creto? Poſſum ne dicere quod aliquid inter te
& filium tuum plus minuſue ſit: cum ipſe
qui ex te natus eſt: dixerit. Omnia quæ p̄r
habet mea ſunt? Quis me conſtituit iudicem
aut diuiſorem de rebus humanis? hoc filiꝰ
dicat. & nos inter patrem & filium diuiſionē
nobis & iudicium uendicamus? Bona pietꝰ
arbitros refugit etiam in diuiſione patrimonii.
Nos ergo erimus arbitri ut inter te & filium

tuum increatæ maiestatem substantiæ diui-
damus. Generatio inquit nequam signum
quærit: & signum non dabitur ei: nisi sig̃
ionæ prophetæ. Signum utique datur non
diuinitatis sed incarnationis. Denique de
incarnatione dicturus erat. Pete tibi signũ:
& cum ille dixisset: non petam neque te-
ptabo dominum. respondit est. Ecce uirgo
in utero accipiet. Ergo signum diuinitatis
uidere non possumus mensuram quærimũ.
Væ misero mihi: Impie discutere uidemur
quem digne rogare non possumus. Videro
tamen quid faciant arriani. Ego te pater
si maiorem omnibus dixero: iniurioſe te
tuis operibus comparaui. Si maiorem filio
ut Arrius asserit impie iudicaui. De te pri-
us erit illa sententia: quoniam neque ul-
la fieri potest nisi ex comparatione elatio
neque præferri quisquam nisi de quo pri-
us fuerit iudicatum. Iurare nobis per cælũ
non licet: iudicare de deo licet? Sed filio +
suo soli iudicium de omnibus detulisti. Io-
hannes carnem domini baptizare metuebat.

Iohannes prohibebat dicens. Ego à te debeo baptizari & tu uenis ad me: & ego christum iudicio meo subdam. ~ Moyses excusat sacerdotiū. Petrus imperatum in mysterio declinat obsequium. Arrius scrutatur etiam alta dei. ~ Sed nō arrius spiritus sanctus. Sed Arrio & hominibus omnibus dictum est. Altiora te ne quæsieris. Moyses uultum dei uidere prohibet̃. Arrius meruit uidere secretum. ~ Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Moyses qui cum domino apparet in gloria. Moyses ergo ille posteriora tantummodo dei in Typo uidit. Arrius totum deum facie ad faciem + comprehendit. ~ Sed nemo inquit uidere potest faciem meam: & uiuit. Paulus de inferioribus dicit. Ex parte cognoscimus: & ex parte etiam prophetamus. Arrius dicit ex toto deum: non ex parte cognoui. Inferior ergo Paulus quam Arrius: & Vas electionis ex parte scit: & uas perditionis totum scit. ~ Scio inquit hominem siue in corpore siue extra corpus nescio. deus scit. Quoniam raptus ẽ in paradysum: & audi

uit

uerba ineffabilia. Paulus raptus usque ad tertium cælum seipsum nesciuit. Arrius in stercor̄ uolutatus deum scinit. Paulus dicit de seipso deus scit. Arrius de deo dicit: ego noui. Sed non Arrius raptus in cælum quanuis eum secutus sit: qui iactatione damnabili diuina præsumeret dicens. Ponam thron̄ meum: ascendam super nubes & ero simil altissimo. Sicut. u. ille dixit: ero similis altissimo. Sic & arrius altissimum dei filiū sui similem uult uideri: quem non in diuinitatis æternæ maiestate ueneratur: Sed ex carnis infirmitate metitur. / ·/·/

.: T ε λ o σ :/

f. 25

62

3

SAPIENTIAM
SALOMONIS

MANOSCR.
CARTAC.